












PAX EVANGE
TIBI LISTA
MARCE MEVS
BESSARIONIS CARD.
graphica effigies ex perelleganti
pictura quae exstat Venetiis
in Schola S. Mariae Caritatis.
Jo. Baptista Moretti inv. et del.
Josephus Patrini sculp.

LATINA ET ITALICA
D. MARCI
BIBLIOTHECA
CODICVM MANV SCRIPTORVM
Per titulos digesta.

PRAESIDE ET MODERATORE

LAVRENTIO THEVPOLO
EQVITE AC D. MARCI PROC.

IVSSV SENATVS.



MDCCXLI.

Apud Simonem Occhi Bibliopolam.

ANTONII M. ZANETTI

BIBLIOTHECAE CVSTODIS

PRAEFATIO.



VAE Graecorum Codicum manu ſcriptorum recenſionem edendam Sapientiſſimis Senatus Patribus publica perſuaſit utilitas, ea ipſa ut Latina quoque & Italica Bibliotheca typis mandaretur in cauſſa fuit. Addebat in diem ſtimulos tum eruditorum omnium cupiditas, tum noſtrum, ne quid ad integram manu ſcriptorum Marciae Bibliothecae ſeriem deeſſe videretur, deſiderium & conſilium: omnemque, ſi quis fuiſſet, obicem dirimebat doctorum Virorum de Graeco Indice iudicium, per quam comiter ac benigne prolatum. Quum igitur ex S.C. altera haec provincia nobis eſſet demandata; nihil ultra agendum putavimus, quam ut ad exemplar Graece Latinam & Italicam Bibliothecam emitteremus. Porro autem pauca nobis praemittenda occurrunt, in quibus a Graeci indicis inſtituto hic novus recedit.

Primo itaque in adiiciendis adnotationibus noſtris aliquanto liberius egimus, neceſſitate quadam compulſi. Quum enim Latinorum auctorum integrae atque completae deſint Bibliothecae, ex medio praeſertim aevo, animadverſiones aliquot ad maius Codicum lumen exhibendae fuerunt.

Deinde adnotationum earum locum tenere poſſe aliquando cenſuimus eruditorum Epiſtolas quaſdam Codicibus noſtris inſertas, in quibus nonnulla & ad auctorum hiſtoriam, & ad operum iudicium ſpectantia contineri videbamus; quaſque non tantum Indici noſtro lucem adlaturas, verum etiam litterariae hiſtoriae ſtudioſis gratas futuras eſſe ſperamus.

Dedimus & Opuſculum integrum de errore Paſchatis, quod, quum Beſſarionem, noſtrae huius Bibliothecae olim Dominum, auctorem agnoſcat, nec unquam lucem viderit, eorum nobis benevolentiam conciliabit, qui erga librorum titulos male animati totam hanc induſtriam Indicibus terminatam ferre nequeunt.

Ceterum gratias eruditis Viris quam plurimas agimus, quod labores primos noſtros tam hilari fronte acceperint; petimuſque enixe, ut ad alteros hos comitatem eandem, facilitatem, & ἐπιείκειαν afferre velint.

Liceat quaſi coronidis loco mentionem facere Codicis membrana-

cei,

cei, in Bibliothecam nuperrime illati, quem Hebraice ſcriptum neutri ex Indicibus noſtris inſerere potuimus.

Sacra Biblia in eo continentur, elegantiſſime exarata, addita Maſſora, anno Mundi 5058. [Chriſti 1298.] ut ex ſcriptoris nota colligitur. Quod notatu dignum eſt, alius pene ſimilis in Bibliotheca olim reperiebatur, quem HENRICO III. Francorum Regi, Venetorum hoſpiti dono dedit Senatus: de quo mentio fit in Tomo I. Regiae nuper editae MSS. Bibliothecae. Alter hic in locum illius ſuffectus eſt munificentia & incomparabili ſollertia Laurentii Theupoli, Equitis, ac D. Marci Procuratoris, quo Praeſide Bibliotheca noſtra, ſqualore ſituque deterſo, ad civitatis uſum & hominum famam reviviſcit.

BIBLIO-



BIBLIOTHECAE D. MARCI CODICES LATINI.

Donatorum nomina Bessarionis, *scilicet*, Card. Iac. Contareni, *&* Io. Bapt. Recanati, *quum de iis satis liqueat, per primas cognominum litteras ad singulos Codices adnotantur.*



Biblia Sacra & Interpretes.

CODEX I. *Bess.*

In folio maximo, membranaceus, foliorum 400. *elegantissime scriptus. Characterum specimen exhibemus ex initio Geneseos; nullam enim temporis notam praefert. Saeculo XI. facile exaratum putabis, eo vel maxime si cum specimine Clariss. Mabillonii conferas. De re Dipl. pag.* 369. *num.* 2.

Prima verba non habes, ob nimiam characterum magnitudinem.

TERRA AUTEM ERAT INANIS
et uacua. Et tenebre sup faciem abyssi et sps
di ferebatur super aquas. Dixitque ds. Fiat
lux. et facta e lux. Et uidit ds luce quod eet
bona. et diuisit lucem a tenebris. Appellauitque
lucem diem et tenebras nocte. Factumque est
uespere et mane dies unus.

BIBLIA SACRA [Vetus & Novum Testamentum] duobus magnis voluminibus comprehensa, & sequenti ordine distributa.

Omnibus fere libris Capitula praefiguntur; librorum scilicet epitomes, sive breviaria, quae in usu fuisse usque ad XI. quidem saeculum monet Du Pin. *Dissert. sur la Bible* T. I. pag. 288. Notant Clariss. editores operum S. Hieronymi Parisiis 1693. in

Prolegomeno IIII. num. II. MSS. Codices inconſtanter exhibere appellationes horum Capitulorum ; ſiquidem nunc *Capitula*, nunc *Breves* , nunc *Titulos* promiſcue vocari adſerunt. In noſtro tamen ubique Capitulorum nomen praeferunt ; & praeſertim in VII. prioribus libris , ubi ea ipſa lemmata , quae illi in laudata edit. nunc *Breves* , nunc *Capitula* appellant, reperiuntur.

Prologis toties D. HIERONYMI nomen adpoſuimus , quoties in Codice factum vidimus.

GENESIS. Praemittitur Epiſtola D. Hieronymi ad Paulinum : *Frater Ambroſius* : Praefatio in Pentateuchum : *Deſiderii mei*, & Capitula praenotantur XLVI.

EXODVS. Capitula in primis numerantur XVI. deinde poſt inſcriptionem : *Incipiunt plagae AEgypti* : CXXXVIIII.

LEVITICVS. Capitula praemittuntur LXXXVIIII.

NVMERI. Capitula LXXIIII. exhibentur.

DEVTERONOMIVM. Indicantur Capitula CLXV.

IOSVE. Praeponitur Prologus D. Hieronymi : *Tandem finito Pentateucho*. Capit. XXXIII.

IVDICES. Capit. XX. in edit. XVIII.

RVTH. Capit. X.

REGVM libri IIII. praemiſſo D. Hieron. Prologo [galeato] *Viginti & duas litteras* . In Libro primo Capitula indicantur XLVII. in ſecundo L. in tertio LVI. in quarto XXXII.

ISAIAE Prophetia. Habetur primo loco Praefatio D. Hieron. *Nemo quum Prophetas* , deinceps breve argumentum : *Iſaias in Hieruſalem*. Capitula CXXIIII.

IEREMIAE Prophetia. Exſtat D. Hieron. Praefatio : *Ieremias Propheta*, & breve arg. *Ieremias Anathotites* . Capitula numerantur CXVIIII. Poſt prophetiam Ieremiae ſequitur prophetia BARVCH, & poſtremo Ieremiae THRENI.

EZECHIELIS Prophetia. Praef. D. Hieron. *Ezechiel Propheta* . Capit. LXXXII.

DANIELIS Prophetia. D. Hieron. Praef. *Danielem prophetam iuxta ſeptuaginta*. Capitula notantur XXX. Notula : *Hucuſque in Hebraeo non habetur ; & quae poſuimus de Theodotionis editione translata ſunt*, quae in editis Bibliis habetur cap. III. ver. 90. in Codice ad ulteriorem verſiculum poſita eſt, ſcilicet ad 94. inter illa verba .... *potentes regis* . — *Contemplabantur* . Verſiculus poſtremus Prophetiae , ſcilicet 42. *Tunc rex ait*, &c. in Codice non reperitur.

OSEE Prophetia. Praeit Praef. D. Hieron. *Non idem ordo*, & argumentum : *Duplex apud Hebraeos*. Capit. num. XXVIIII.

IOELIS Prophetia . Praef. D. Hieron. *Ioël filius Fatuhel* , & breve arg. *Ioël interpretatur*. Capit. XIIII.

AMOS

Amos Prophetia. D. Hieron. Prolog. *Ozias rex*: alius Prologus. *Amos pastor & rusticus, rubore mora distringens*. Variat in edit. lectio. Capitula non scripta sunt.

Abdiae Prophetia. Prolog. D. Hieron. *Iacob Patriarcha*, & argumentum breve: *Abdias qui interpretatur servus Domini*. Capit. II.

Ionae Prophetia. Prolog. D. Hieron. *Ionam sanctum Hebraei*, & arg. breve: *Ionas interpretatur columba, naufragio suo mortem Domini praefigurans*. Capit. II.

Michaeae Prophetia. D. Hieron. Prolog. *Temporibus Ionatham*, & arg. breve: *Michaeas de Morasthim*. Capit. XXI.

Nahum Prophetia. Praef. D. Hieron. *Nahum prophetam ante adventum*. Capitula non apparent.

Habacuc Prophetia. D. Hieron. Praef. *Habacuc propheta amplexans*, & arg. breve: *Habacuc amplexatus, sive luctator*. Capitula non habentur.

Sophoniae Prophetia. D. Hieron. Praef. *Tradunt Hebraei*, & breve arg. *Sophonias speculator*. Capitula numerantur X.

Aggaei Prophetia. Praef. D. Hieron. *Ieremias propheta*, & arg. breve: *Aggaeus festivus*. Capit. V.

Zachariae Prophetia. D. Hieron. Praef. *Secundo anno Darii regis*, & arg. *Zacharias memor Domini*. Capit. XXVIIII.

Malachiae Prophetia. Praef. D. Hieron. *Deus per Moysen*. Capitula deficiunt.

Psalmorum liber. Praefigitur origo prophetae David regis Ierusalem. Incip. *David filius Iesse, quum esset in regno suo*. Habetur exinde Prologus D. Hieronymi ad Paulam matronam & Eustochium virginem: *Psalterium Romae*. Sequuntur Cantica Veteris & Novi Testamenti, quibus intermiscetur Oratio Dominicalis, Symbolum Apostolorum, Hymnus *Te Deum*, alius Angelorum, *Gloria in excelsis Deo*, & Symbolum [S. Athanasii] sub titulo: *Fides Catholica* CCCXVIII. *Sanctorum Patrum*. Liber iste Psalmorum recentioribus foliis & characteribus pro maiori parte suppletus est.

Proverbia Salomonis. Titulus sic habet: *Incipit Prologus libri Salomonis, idest Parabolae eius secundum Hebraicam veritatem, translatae ab Eusebio Hieronymo presbytero, petente Chromatio & Heliodoro Episcopis. Hieronymus*. Prologus incip. *Tribus nominibus vocatum fuisse Salomonem*. Subsequitur Prologus alius: *Tres libros Salomonis idest Proverbia*. Denique habetur Praefatio sive Epistola D. Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum: *Iungat Epistola*. Capitula numerantur LX.

Ecclesiastes. Prologus non exstat. Capitula praenotantur XXXI.

Cantica Canticorum sine Prologo & Capitulis. Praeponuntur nomina eorum, qui loquentes inducuntur, maioribus litteris

in singulos versiculos; ut fit in Dialogis, puta: *Vox sponsae ad adolescentulas. Introduxit me Rex. Ecclesia de suis Pressuris. Nigra sum sed formosa* &c.

Sapientia. Prologus deficit. Capitula num. xlviii.

Ecclesiasticus. Praeit Prolog. D. Hieron. *Multorum nobis*. Capitula cxxvi. Totus liber divisus est per titulos, qui cum Capitulis initio indicatis fere semper conveniunt, e. g. *De eleemosyna et pauperibus. Fili eleemosynam pauperis ne frauderis. De pupillis et vidua. In iudicando esto pupillis misericors*, &c.

Paralipomenon Libri II. Ad librum primum praemittitur Prolog. D. Hieron. *Si septuaginta Interpretum superflue, mi Chromati*, & Capit. num. xxiii. ad secundum xviiii.

Iob. Prolog. D. Hieron. *Cogor per singulos*. Capit. xxviiii.

Tobias. D. Hieron. Prolog. *Mirari non desino*. Capitula non habentur.

Iudith. Prolog. D. Hieron. *Apud Hebraeos*. Capitula non scripta sunt.

Hesther. Prolog. D. Hieron. *Librum Hesther*. Capitula non exstant.

Esdrae libri II. priores; praefixo Prologo D. Hieron. *Utrum difficilius*. Primi Capitula sunt v. secundi vii.

Maccabaeorum libri II. Praeit argumentum breve, cuius init. *Maccabaeorum libri duo praenotant praelia*. Ad primum Capit. lx. ad secundum liiii.

Testamentum Novum.

S. Matthaei Evangelium. Primo reperitur Epistola D. Hieronymi ad Damasum Papam: *Novum opus*. deinde Prologus: *Plures fuisse*. tertio loco argumentum: *Matthaeus sicut in ordine primus ponitur*. Sequuntur Eusebii Canones, & Epistola ad Carpianum. denique Capitula numerantur xxviiii. In marginibus etiam singulorum Evangeliorum adnotantur Evangelistarum concordantiae.

S. Marci Evangelium. Praeit argumentum: *Marcus Evangelista Dei electus*. Capit. xii.

S. Lucae Evangelium. Prolog. D. Hieron. *Lucas Syrus Antiochensis arte medicus*. Capit. xxi.

S. Ioannis Evangelium. Argument. *Hic est Ioannes Evangelista*. Capit. xiiii.

Actus Apostolorum. Prolog. D. Hieron. *Lucas natione Syrus, cuius laus in Evangelio canitur*. Capit. lxxii. Sequitur & breve argumentum: *Actus Apostolorum nudam quidem sonare videntur historiam*.

Epistolae Canonicae.

Praemittitur Prologus D. Hieron. *Non ita ordo est apud Graecos*.

S. Iacobi Apostoli Epist. praefixo argumento brevi: *Iacobus Apostolus*

ſtolus ſanctum inſtruit clerum. Capitula numerantur XX. Titulus & initium ut in vulgatis editionibus.

S. PETRI Ap. Epiſtolae II. Primam praecedit breviſſimum argumentum; poſtrema nempe verba argumenti iam editi: *Simon Petrus filius Ioannis provinciae Gallilaeae, vico Bethſaida, frater Andreae Apoſtoli*. Capitula XXII. Secundae praemittitur arg. breve: *Per fidem huic mundo*. deficiunt prima verba, ſcilicet, *Simon Petrus*, quae habentur in editis. Capitula exhibentur XI.

S. IOANNIS Ap. Epiſtolae III. Primae praefiguntur Capitula XXI. & arg. breve: *Rationem Verbi*. Verſiculus 7. ſic ſe habet: *Quia tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis; & tres unum ſunt. Et tres ſunt qui teſtimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus; & tres unum ſunt*. Ad ſecundam Epiſtolam Capitula notantur V. & arg. *Vſque adeo*. Ad tertiam Capit. V. & arg. *Caium pietatis*.

S. IVDAE Apoſtoli Epiſt. Capitula num. VII. arg. *Iudas Apoſtolus*. Initium & titulus conveniunt prorſus cum editis.

APOCALYPSIS. Prologus habetur D. Hieron. *Ioannes Apoſtolus & Evangeliſta a Domino Chriſto electus*. Capitula indicantur XLVIIII. quae ſubſequitur arg. breve: *Apocalypſis Ioannis*.

EPISTOLAE S. PAVLI.

Ad Romanos. Habetur in primis Prologus D. Hieron. cuius init. *Epiſtolae Pauli ad Romanos cauſſa haec eſt*. ſecundo loco Prologus alius: *Primum quaeritur*. deinde argumentum: *Romani ſunt qui ex Iudaeis*. denique breve aliud argumentum: *Romani ſunt in partes Italiae*. Capitula numerantur LXV.

Ad Corinthios I. Argumentum: *Corinthii ſunt Achaici*. Capit. LXXII.
Ad Corinthios II. Arg. *Poſt actam poenitentiam*. Capit. XXVIIII.
Ad Galatas. Arg. *Galatae ſunt Graeci*. Capit. XXXVII.
Ad Epheſios. Arg. *Epheſii ſunt Aſiani*. Capit. XXXI.
Ad Philippenſes. Arg. *Philippenſes ſunt Macedones*. Capit. XVIII.
Ad Coloſſenſes. Arg. *Coloſſenſes & hi ſunt Laodicenſes*. Capit. XXVIII.
Ad Theſſalonicenſes I. Arg. *Theſſalonicenſes ſunt Macedones*. Capit. XXV.
Ad Theſſalonicenſes II. Arg. *Theſſalonicenſes*. Capit. VIIII.
Ad Timotheum I. Arg. *Timotheum inſtruit*. Capit. VII.
Ad Timotheum II. Arg. *Item Timotheo*. Capit. XXIIII.
Ad Titum. Arg. *Titum commonefacit*. Capit. XI.
Ad Philemonem. Arg. *Philemoni familiares litteras*. Capit. IIII.
Ad Hebraeos. Arg. *In primis dicendum*. Capit. XXXVII.

CODEX II. *Beff.*

in folio, membranaceus, foliorum 601.
faeculi circiter XV.

BIBLIA SACRA [Vetus & Novum Teftamentum].

Librorum feries, Capitum fectiones, & quae praeponuntur Argumenta cum vulgatis editionibus, & cum vetuftioribus praecipue, omnino conveniunt; quod & in aliis, quae nunc recenfebimus, Bibliis aeque reperitur. Quae tamen aut in fe peculiaria funt, aut apprime quaeri folent, tum hic tum illic notamus.

Esdrae libri tres priores tantum habentur.

Libris Maccabaeorum praemittitur Epiftola Rabani Mauri ad Ludovicum Francorum Regem. Incip. *Quum fim.* & alia ad Geroldum Sacri Palatii Archidiaconum : *Memini me*; quae Praefationum loco habentur ad Commentaria Rabani eiufdem in Maccabaeos. Tomo IV. edit. Colon. Agripp. MDCXXXVI.

Iacobus & Iudas in titulis vocantur Apoftoli.

Verficulus 7. in Epift. S. Ioannis I. fe habet ut in editis.

Interpretationibus nominum *Hebraicorum*, quae, ut in fubfequentibus Codicibus, in fine habentur, praefigitur nomen S. Hieronymi, quod neque in illis, neque in editis invenitur.

CODEX III. *Beff.*

in 4. *membranaceus, foliorum* 504.
faeculi circiter XV.

BIBLIA SACRA [Vetus & Novum Teftamentum].

Neque Iacobus, neque Iudas in titulis dicuntur Apoftoli.

Verficulus 7. in S. Ioannis Epiftola fic fcribitur : *Quoniam tres funt qui teftimonium dant in caelo Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus; & hi tres unum funt; & tres funt qui teftimonium dant in terra fpiritus, aqua, & fanguis. Si teftimonium &c.*

CODEX IV. *Befs.*

in 4. *maiori, membranaceus, foliorum* 680.
faeculi circiter XV.

BIBLIA SACRA, Duobus voluminibus comprehenfa.

Esdrae libri III. priores tantum.

Can-

CANTICA CANTICORUM disposita sunt per modum dialogi; non tamen ut in Codice I.

Iacobus & Iudas non vocantur Apostoli.

Versiculus in IOANNIS Ep. *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in caelo Pater, Verbum, & Spiritus sanctus; & hi tres unum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra spiritus, aqua, & sanguis. Si testimonium &c.*

CODEX V. *Bess.*

in 4. min. membranaceus, foliorum 518.
saeculi circiter XV.

BIBLIA SACRA [Vetus & Novum Testamentum].

ESDRAE liber IIII. mutilus est fine, & variam exhibet ab editis lectionem.

Iacobo & Iudae in Epistolis non adiungitur nomen Apostoli.

Septimus versic. in Ep. I. IOANNIS sic scriptus est: *Quia tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis; & hi tres unum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in caelo Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus; & hi tres unum sunt. Si testimonium.* Verba: *& hi tres unum sunt*, ductu calami pene deleta sunt.

CODEX VI. *Bess.*

in 4. membranaceus, foliorum 561.
saeculi circiter XV.

BIBLIA SACRA [Vetus & Novum Testamentum].

ESDRAE libri duo posteriores deficiunt.

Versiculus in Ep. IOANNIS: *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in terra spiritus, aqua, & sanguis; & tres unum sunt. Sicut tres sunt qui testimonium dant in caelo Pater, Verbum, Spiritus Sanctus; & tres unum sunt.*

CODEX VII. *Bess.*

in 8. membranaceus, foliorum 399.
saeculi circiter XV.

BIBLIA SACRA [Vetus & Novum Testamentum].

ESDRAE liber IIII. non habetur.

Sic legitur vers. 7. in Ep. IOANNIS. *Quia tres sunt, qui testimonium dant in caelo Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus; & hi tres unum sunt.*

Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis. Si teſtimonium &c.

CODEX VIII. *Beſs.*

in 4. membranaceus, foliorum 311.
ſaeculi circiter XV.

BIBLIA SACRA [Vetus & Novum Teſtamentum] hoc ordine diſpoſita.

OCTATEVCHVS
REGVM libri IV.
PARALIPOMENA.
PROPHETAE Maiores, & Minores.
PSALTERIVM.
PARABOLAE.
ECCLESIASTES
CANTIC. CANTIC.
SAPIENTIA.
ECCLESIASTICVS.
IOB.
TOBIAS
IVDITH
ESTHER
ESDRAE libri II. priores.
QVATVOR EVANGELIA.
ACTVS APOST.
EPISTOLAE Catholicae.
APOCALYPSIS.
EPISTOLAE S. PAVLI.

CODEX IX.

in 4. membranaceus, foliorum 74.
ſaeculi circiter XIV.

LIBRORVM SACRORVM Parſ,

PARABOLAE SALOMONIS.
ECCLESIASTES.
CANTICA CANTICORVM.
SAPIENTIAE Liber.
ECCLESIASTICVS.

Subſequitur Precatio Salomoni tributa: *Et inclinavit Salomon genua ſua.*

CO-

CODEX X. *Cont.*

in fol. min. membranaceus , foliorum 245.
saeculi circiter XV.

TESTAMENTVM NOVVM, cum notis marginalibus Gallico idiomate scriptis. Incipiunt in Ep. D. HIER. *Tres Saint Pape Damase Jeromes. Tu me contrains faire nouvelle oeure, de anciene. que apres le example* [sic] *des escriptures esparses en tout le monde.*

CODEX XI. *Bess.*

in folio, membranaceus, foliorum 405.
saeculi circiter XIV.

BIBLIORVM SACRORVM Concordantiae breviores. Praemittitur praefatiuncula, quae in primis editionibus : *Cuilibet volenti requirere Concordantias in hoc libro unum est primitus attendendum, videlicet, quod quum in primis concordantiis , quae dicuntur Concordantiae S. Iacobi* &c. Videndus Echard de Scriptoribus Ord. Praed. T.I. pag. 203.

CODEX XII. *Bess.*

in 12. membranaceus, foliorum 70.
saeculi circiter XIV.

BIBLIORVM Vocabulista. Sic inscribitur Codex , cuius specimen habes :

Thamar interpretatur amara. Raab festinans. Ruth ascendens. Bersabee puteus septimus , sive puteus iuramenti. & significat Sanctam Ecclesiam , quae egressa de amaritudine infidelitatis festinans ascendit ad puteum septimum , sive puteum iuramenti; hoc est ad fontem sancti Baptismatis. &c.

CODEX XIII. *Bess.*

in folio minori, membranaceus, foliorum 143.
saeculi circiter XIV.

DVODECIM PROPHETAE Minores cum glossa marginali & interlineari , quae in editione Veneta Bibliorum 1588. Accedunt & notae aliae , in marginibus recentiori charactere , ac cetera Codicis opera, conscriptae.

CODEX XIV.

in fol. min. membranaceus, foliorum 179.
saeculi circiter XIV.

PSALTERIVM & CANTICA Veteris & Novi Testamenti cum glossa ordinaria, quae in multis ab edita discrepat.

Accedit & Symbolum S. ATHANASII cum expositione, & Hymnus *Te Deum*.

Fol. 177. ver. habetur Epistola ANSELMI Ep. Cantuariensis ad Valeranum Ep. Nuenburgensem de Corpore & Sanguine Christi. Incip. *Scienti breviter loquor. Si certus essem prudentiam vestram non favere successori Iulii Caesaris*. Fine mutila est.

Sequitur Poëma versibus elegiacis de Sacrificio Missae, quod quidem fine caret foliorum defectu. Incip.

Scribere proposui quid mystica sacra piorum:
Quidve repraesentet, quidve minister agat.

Fragmentum est ex versibus de Mysterio Missae Venerabilis HILDEBERTI Turonensis Archiepiscopi, ut in editione Parisiensi 1708. pag. 1135.

CODEX XV.

in 4. *membranaceus, foliorum* 115.
saeculi circiter XIV.

S. MATTHAEI EVANGELIVM cum glossa ordinaria.
EPISTOLAE VI. Canonicae cum glossa pariter ordinaria, eadem fere quae in editis.

CODEX XVI. *Cont.*

in 4. *min. membranaceus, foliorum* 42.
saeculi circiter XIV.

S. IOANNIS EVANGELIVM cum glossa marginali ordinaria.

CO-

CODEX XVII.

in 4. min. membranaceus, foliorum 100.
saeculi circiter XIV.

S. IOANNIS EVANGELIVM initio mutilum, cum glossa marginali ordinaria.

CODEX XVIII. *Bess.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 223.
saeculi circiter XV.

NICOLAI de LYRA Postilla in PENTATEVCHVM.

CODEX XIX.

in 4. membranaceus, foliorum 161.
saeculi circiter XV.

S. BERNARDI Abbatis Clarae-Vallensis in CANTICA CANTICORVM Sermones LXXXVI. ut in T. IV. edit. Mabillonii.

CODEX XX. *Cont.*

in 4. mai. partim chartaceus, partim membranaceus, foliorum 179. *saeculi circiter XIV.*

S. BERNARDI Abbatis Sermones in CANTICA CANTICORVM, ut in Codice superiori.

CODEX XXI. *Bess.*

in 4. membranaceus, foliorum 121.
saeculi circiter XII.

S. AMBROSII
Expositio in Psalmum CXVIII. *Beati immaculati.*
De Trinitate Liber. Inter spuria reiecerunt Monachi S. Mauri.

CODEX XXII.

in 4. membranaceus, foliorum 152.
saeculi circiter XIV.

IOANNIS LEMOVICENSIS, Monachi de Claravalle Expositio in Psalmum *Beati immaculati*. Incip. *Alleluia, laus, & gloria, & virtus Deo nostro. Quis titulus, quis ornatus astruatur psalmi praesentis, apostolicis instructus documentis* &c.

Fol. 148. habentur operis concordantiae.

CODEX XXIII. Bess.

in fol. min. membranaceus foliorum 168.
saeculi XV.

NICOLAI de LYRA Postilla in PSALTERIUM.

CODEX XXIV. Bess.

in folio, membranaceus, foliorum 204.
saeculi facile XII.

S. GREGORII Papae Moralium, sive Expositionum in librum Beati IOB, libri XVI. priores.

CODEX XXV. Bess.

in 4. membranaceus, foliorum 228.
saeculi circiter XIII.

S. GREGORII Papae Moralium in IOB. a libro XXIII. ad XXV.

CODEX XXVI. Bess.

in fol. membranaceus, foliorum 173.
saeculi circiter XII.

S. GREGORII Papae Moralium in IOB a libro XI. ad XXIII.

CO-

CODEX XXVII. *Beff.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 193.
faeculi XV.

NICOLAI de LYRA Poftilla in EVANGELIA.

CODEX XXVIII. *Beff.*

in 4. *membranaceus, foliorum* 749.
faeculi XV.

ORIGENIS Commentariorum in Epiftolam ad Romanos RVFINI latina verfio, S. HIERONYMO tributa.

CODEX XXIX. *Beff.*

in folio, membranaceus, foliorum 355.
faeculi circiter XV.

PETRI Abbatis Tripolitani in Epiftolas S. PAVLI expofitiones, ex dictis S. AVGVSTINI.

Sic notat manu propria Beffario:

Petri Abbatis Tripolitanae Provinciae Compilatio fuper Epiftolas Beati Pauli Apoftoli, ex dictis opufculorum S. Auguftini; tefte Caffiodoro viro doctiffimo, qui in libro primo de inftitutione divinarum fcripturarum, capitulo octavo, ita refert : Poft tria paria commentariorum, quae diximus, Petrus Abbas Tripolitanae provinciae Sancti Pauli Epiftolas ex dictis opufculornm Beati Auguftini annotaffe narratur; ut per os alienum fui cordis declararet arcanum : quae ita locis fingulis competenter aptavit; ut hoc ftudio Beati Auguftini credas effe perfectum.

Inter BEDAE fcripta impreffum eft opus hoc, quod hic PETRO tribuitur, & Mabillonius T. I. Analect. neque Bedae, neque Petro adiudicat, fed FLORO Magiftro. Videndus Baronius ad annum DCCXXXI. Bellarminus de Script. Ecclef. pag. 253. Caveus T. I. pag. 335. & Du Pin T. VI. pag. 88. aliique.

CODEX XXX. *Beſs.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 113.
ſaeculi circiter XIV.

NICOLAI de LYRA Poſtilla in Epiſtolas S. PAVLI.
Initio & fine Codicis ex duplici notula deprehenditur, Codicem olim fuiſſe Carthuſienſium Celemariae Nurembergae, & ab ipſis Beſſarioni divenditum.

CODEX XXXI.

in 4. membranaceus, foliorum 128.
ſaeculi circiter XV.

BEDAE Venerabilis Expoſitio in Apocalypſim S. IOANNIS Ap. Incip. *Beatum Ioannem Apoſtolum & Evangeliſtam hunc librum Apocalypſim edidiſſe conſtat; quamvis exſtiterint aliqui, qui non ab eo, ſed ab alio dixerint fuiſſe compoſitum: ſed eius fuiſſe ſequentia manifeſtant.*
Sic equidem ſe habet inſcriptio & initium. Ceterum Expoſitio eadem eſt, quae in calce operum S. Ambroſii per doctiſs. Maurinos edita eſt ſub nomine BERENGAVDI Viri Eccleſiaſtici.

CODEX XXXII. *Beſs.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 175.
ſaeculi circiter XIII.

HAYMONIS Epiſcopi Halberſtatenſis Expoſitio in Apocalypſim, ut in edit. Pariſienſi 1531.
S. GREGORII Papae Dialogorum de vita & miraculis Patrum Italicorum, & de aeternitate animae libri tres priores, quorum poſtremus mutilus eſt.

CODEX XXXIII. *Beſſ.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 270.
ſaeculi circiter XV.

BERTRANDI de TVRRE Ord. Min. Epiſcopi Tuſculani, ac S.R.E. Cardinalis Expoſitiones in EPISTOLAS anni totius.
Bertrandi praedicta opera exſtare & inter Codd. MSS. Cathedralis Lexo-

Lexovienſis notat Montfauconius Bibliotheca Bibliothecarum MSS. pag. 1363.

CODEX XXXIV. *Beſſ.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 230.
ſaeculi XV.

BERTRANDI de TVRRE, Ord. Min. Epiſcopi Tuſculani & S.R.E. Cardinalis Expoſitiones in EPISTOLAS a die Cinerum uſque ad feriam ſecundam poſt Dominicam Palmarum.

CODEX XXXV. *Beſs.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 296.
ſaeculi XV.

BERTRANDI de TVRRE &c. Expoſitiones in Epiſtolas a die Paſchatis ad Dominicam XXIV. poſt Pentecoſten.

Nota in fine legitur:

Explicit tertium volumen Domini Bertrandi de Tourre ſuper Epiſtolas a Paſcha uſque ad finem, quod F. Ludovicus de Primo, filius Conventus Trapanenſis fecit ſcribi Pariſiis, dum actu erat ibidem ſtudens. Anno Domini MCCCCXV. *die octava menſis Iulii, per manum Ioannis Hermani. Amen.*

Expoſitiones has MSS. in Bibliothecis, Vaticana, Huilsbergenſi, & Minorum Toletana memorat Wadingus, de Scriptoribus Ord. Min. pag. 60.

CODEX XXXVI. *Beſs.*

in 4. *chartaceus, foliorum* 91.
ſaeculi circiter XIV.

TESTIMONIA ex S. Scriptura, ad varia aptabilia. Prologi inſcriptio & initium:

Incipit liber teſtimoniorum editus a fratre .... Omnia poma nova & vetera dilecte mi ſervavi tibi. Gaudet ſponſa & gloriatur, ſe nova & vetera ſponſo poma ſervaſſe. Ezechiel quoque rotam videt in medio rotae, novum ſcilicet Teſtamentum, & Vetus figurari.


Sequuntur capitula libri primi, cuius prima ſunt verba: *In Geneſi de Patre & Filio: In principio creavit Deus caelum & terram. Item in eadem de Spiritu Sancto: & Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Item in*

eadem ait Pater ad Filium & ad Spiritum Sanctum : Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.


CODEX XXXVII.

in 8. *membranaceus*, *foliorum* 165.
saeculi circiter XIV.

EXEMPLA ex *Sacris Scripturis* excerpta, ad Sacrorum Oratorum commodum & utilitatem, ut auctor ipse, quicunque sit, in praefatione declarat. Initium praefationis est : *Tanta pollet excellentia praedicationis officium &c.*



Patres



Patres & Scriptores Ecclesiastici.

CODEX XXXVIII. *Bess.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 154. *saeculi XV. auro & picturis ornatus.*

ORIGENIS Periarchon libri IIII. a RUFFINO Presbytero latine versi.

EVSEBII Pamphili Apologia Origenis a RUFFINO in latinum conversa.

Sequitur AENEAE GAZAEI Sophistae Dialogus, qui inscribitur Theophrastus, sive de animae immortalitate, ab AMBROSIO Camaldulensi latine redditus, & Andreolo Iustiniano dicatus.

CODEX XXXIX. *Bess.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 194. *saeculi circiter XV.*

S. CAECILII CYPRIANI Epistolae, & Opuscula.

Ad Donatum. Init. *Bene admones.*

Adversus Demetrianum : *Oblatrantem te.*

Ad Fortunatum de exhortatione martyrii : *Desiderasti Fortunate.*

Ad Moysem & Maximum : *Rex Antiochus*. Haec & praecedens Epistola in editis in unam coëunt; scilicet sub priori titulo.

Ad eosdem : *Et cunctos vos.*

Ad Clerum & plebem de Aurelio Lectore ordinato : *In ordinandis Clericis.*

Ad martyres & ceteros confessores : *Exsulto laetus.*

De unitate Ecclesiae ad Novatianum : *Quum moneat Dominus.*

De oratione Dominica : *Evangelica praecepta.*

De mortalitate : *Et si apud plurimos.*

De opere & eleemosynis : *Multa & magna.*

E De

De bono patientiae : *De patientia loquuturus.*

De zelo & livore : *Zelare quod bonum videas.*

De disciplina & habitu Virginum : *Disciplina custos spei.*

De lapsis : *Pax ecce dilectissimi.*

PRESBYTERORUM & DIACONORUM Romae consistentium Cypriano Papae : *Quamquam bene sibi conscius animus.*

Ad Cornelium fratrem : *Cognovimus frater.*

Ad eundem : *Statueramus quidem.*

Ad eundem de Fortunato & Felicissimo, sive contra haereticos : *Legi litteras tuas.*

De Sacramento Dominici calicis ad Caecilium : *Quamquam sciam.*

Ad Clerum & ad plebem de Celerino confessore ordinato : *Agnoscenda & amplectenda.*

Ad Thibaritanos de exhortatione martyrii : *Cogitaveram quidem.*

Ad martyres & confessores in metallo constitutos : *Gloria quidem vestra.*

Ad Iubaianum de haereticis baptizandis : *Scripsisti mihi.*

Ad Quintum de eodem argumento : *Pertulit ad me.*

De haereticis baptizandis ad Ianuarium : *Quum essemus.*

Sententiae Episcoporum LXXXVII. de haereticis baptizandis. *Quum in unum.*

Ad Pomponium [in edit. Pompeium] contra epistolam Stephani : *Quamquam plene.*

Ad Clerum & Plebem de Numidico, sive Numidiaco, ordinato presbytero : *Nuntiandum vobis fuit.*

CORNELII Epistola ad Cyprianum de confessoribus ad unitatem reversis : *Quantam sollicitudinem.*

Ad Cornelium responsio de Novati sceleribus : *Et cum diligentia.*

Ad eundem, quod ad Confessores a Novatiano seductos litteras fecerit : *Et religiosum nobis.*

Ad eundem de ordinatione eius a se comprobata, & de Felicissimo : *Quod servis Dei.*

Ad eundem quod ordinationem Novatiani non receperit : *Venerunt ad nos.*

Ad eundem responsum gratulatorium ob reditum ex schismate : *Et egisse nos.*

Ad Rogatianum presb. & ceteros confessores : *Et iampridem.*

Ad plebem de quinque presbyteris schismaticis factionis Felicissimi : *Quamquam, fratres carissimi.*

Ad Epictetum & plebem Assurinatorum de Fortunatiano quondam eorum Episcopo : *Graviter & dolenter.*

Ad Clerum & plebem Furnis consistentem de Victore, qui Faustinum

ſtinum presbyterum tutorem nominavit : *Graviter commoti ſumus*.

Ad Lucium Papam reverſum ab exſilio : *Et nuper*.

Ad Maximum & Nicoſtratum & ceteros confeſſores, ut ad unitatem redeant : *Quum frequenter*.

Ad Florentium Pupianum de obtrectatoribus : *Ego te frater*.

Ad Maximum & Vrbanum : *Lectis litteris veſtris*.

Ad Magnum de baptizandis Novatianis : *Pro tua religioſa diligentia*.

Epiſtola ſecunda ad Magnum : *Quaeſiſti, fili cariſſime*. In edit. una eſt cum ſuperiori. Vide notas num. 32.

Ad Clerum & plebem in Hiſpania conſiſtentes de Baſilide & Martiale : *Quum in unum conveniſſemus*.

Ad Fidum de infantibus baptizandis : *Legimus litteras tuas*.

Ad Eucratium de hiſtrione : *Pro dilectione tua*.

Ad Clerum Carthaginenſem de miſſis Romam, & acceptis inde litteris : *Quales litteras*.

Ad presbyteros & diaconos Romae conſiſtentes : *Quoniam comperi*.

Ad Clerum ut Confeſſoribus in carcere conſtitutis omnis humanitas praebeatur : *Quamquam ſciam, fratres cariſſimi, litteris noſtris frequenter admonitos*.

Ad Lucium, & qui cum eo ſunt : *Exſultantibus & laetantibus*. Alii dicunt a Lucio ſcriptam fuiſſe Cypriano.

FELICIS, IADERIS, POLIANI & ceterorum martyrum reſponſum ad Cyprianum : *Reſalutamus te*.

NEMESIANI, DATIVI, FELICIS, & VICTORIS reſponſum ad Cyprianum : *Semper magnis ſenſibus*.

MOYSIS, MAXIMI, NICOSTRATI & aliorum Confeſſorum ad Cyprianum : *Inter varios*.

Ad Ianuarium de baptiſmo haereticorum : *Quum in concilio*. Eadem & ſupra.

Ad Clerum de cura pauperum : *Saluto vos fratres*.

Ad eoſdem alia : *Saluto vos incolumis*.

Ad Rogatianum, [in editis ad presbyteros & diaconos] : *Optaveram quidem*.

Ad Pomponium de Virginibus : *Legimus litteras tuas*.

Ad Fortunatum & Collegas de iis, qui per tormenta ſuperantur : *Scripſiſtis mihi*.

Ad Rogatianum de Diacono, qui contra Epiſcopum contendit : *Graviter & dolenter*.

Ad Stephanum Papam de Concilio : *Ad quaedam diſponenda*.

Ad Clerum de confeſſoribus in carcere conſtitutis, eadem quae ſupra : *Quamquam ſciam*.

Ad Clerum de quibuſdam presbyteris, qui temere lapſis pacem dederunt:

derunt : *Diu patientiam meam.*

Ad martyres & confessores, qui lapsis petierunt pacem dari : *Sollicitudo loci nostri.*

Ad plebem significans, quod ad eum martyres de lapsis petierunt. *Ingemiscere vos.*

Ad Clerum de lapsis, & catechumenis ne vacui exeant : *Miror vos fratres.*

Ad Clerum de iis qui pacem festinant : *Legi litteras vestras.*

Ad Clerum non temere pacem dandam : *Dominus loquitur.*

CALIDONII sive CALDONII Epistola ad Cyprianum : *Necessitas temporis.*

Ad Caldonium responsio : *Accepimus litteras tuas.*

Ad Clerum Romae consistentem : *Quum de excessu.*

Ad Clerum de Optato facto Hypodiacono, & de Saturo Lectore : *Nequid conscientiam nostram.*

Ad Clerum de multis confessoribus, & de Luciani inverecundia : *Factis ad vos.* In edit. *Post factas.*

CONFESSORVM Epistola ad Cyprianum : *Scias nos.*

PRESBYTERORVM & *DIACONORVM* Romae consistentium ad Cyprianum : *Quum perlegissemus.*

Ad lapsos : *Dominus noster cuius praecepta.*

Ad presbyteros & Diaconos &c. *Integre & cum disciplina.*

Ad Succensum, sive Successum, de nuntiis Romam reversis : *Vt non nobis.*

Adversus Iudaeos, qui insecuti sunt Dominum Iesum Christum : *Attendite sensum & intelligentiam.* Incerto auctore.

De aleatore : *Magna nobis.* Tractatum perperam Cypriano tributum censuerunt editores.

De montibus Sina & Sion : *Probatio capitulorum.* Cypriano abiudicatur.

CODEX XL. *Beff.*

in folio, membranaceus, foliorum 278. auro & picturis luculenter ornatus, saeculi XV.

L. CAELII LACTANTII FIRMIANI

Divinarum institutionum adversus gentes libri VII. ad Constantinum Imperatorem.

De ira Dei liber.

De opificio Dei, sive hominis formatione liber.

Praeeunt de Lactantio Testimonia.

Infrascripta nota legitur in fine:

Ioannes Caldarificis de Monthabur scripsit. MCCCCLIIII.

CO-

CODEX XLI. *Beff.*

in folio, membranaceus, foliorum 164.
faeculi circiter XV.

S. CAECILII CYPRIANI Epiftolae & Opufcula.
Epiftola ad Donatum : *Bene admones.*
Adverfus Demetrianum haereticum : *Oblaterantem te.*
Ad Fortunatum de exhortatione martyrii : *Defiderafti Fortunate.*
De zelo & livore : *Zelare quod bonum videas.*
De bono patientiae : *De patientia locuturus.*
De mortalitate : *Etfi apud plurimos.*
De difciplina & habitu Virginum. *Difciplina cuftos.*
De unitate Ecclefiae : *Quum moneat Dominus.*
De lapfis : *Pax ecce dilectiffimi.*
Ad Donatum, iterum : *Bene admones.*
De difciplina & habitu Virginum, fecundo : *Difciplina cuftos.*
De lapfis iterum : *Pax ecce dilectiffimi.*
De unitate Ecclefiae, ut fupra : *Quum moneat Dominus.*
De Oratione Dominica : *Evangelica praecepta.*
De opere & eleemofynis : *Multa & magna.*
Adverfus Demetrianum, ut fupra : *Oblaterantem te.*
De bono patientiae, idem qui fupra : *De patientia.*
De zelo & livore, iterum : *Zelare* &c.
De Sacramento Dominici calicis ad Caecilium : *Quamquam fciam.*
Teftimoniorum adverfus Iudaeos libri III. ad Quirinum : Primus incip. *Obtemperandum fuit.* Poftremus fine mutilus eft, ut in edit.
Ad Fortunatum de exhortatione martyrii, ut fupra : *Defiderafti.*
Ad Rogatianum presbyterum & ceteros confeffores : *Saluto vos.*
Ad martyres & ceteros confeffores : *Exfulto laetus.*
Ad Moyfem & Maximum & ceteros confeffores : *Gloriam fidei.*
Ad eofdem : *Et cunctos vos pariter.*
Ad Clerum ut confefforibus in carcere conftitutis omnis caritas praebeatur : *Quamquam fciam, fratres cariffimi, pro timore.*
Ad Clerum & plebem de Aurelio Lectore ordinato : *In ordinandis Clericis.*
Ad eofdem de Celerino Lectore ordinato : *Agnofcenda & amplectenda.*
Ad Cornelium fratrem in exilio de eius confeffione : *Cognovimus, frater.*
Ad eundem : *Statueramus.*

Ad eundem de Fortunato & Feliciſſimo, ſive contra haereticos: *Legi litteras tuas.*

Ad eundem Epiſtola reſpondens, de Novati haeretici ſceleribus: *Et cum diligentia.*

Ad eundem, quod ad Confeſſores a Novatiano ſeductos litteras fecerit: *Et religioſum.*

Ad eundem de ordinatione eius a ſe comprobata, & de Feliciſſimo: *Quod ſervus Dei.*

Ad eundem, quod ordinationem Novatiani non receperit: *Venerunt ad nos.*

Ad eundem gratulatoria ob reditum ex ſchiſmate: *Et egiſſe nos.*

Ad Lucium Romam reverſum ab exilio: *Et nuper quidem.*

Ad Maximum & Nicoſtratum & ceteros confeſſores, ſive ad confeſſores Romanos, ut ad unitatem redeant: *Quum frequenter, cariſſimi.*

Ad Lucium, & qui cum eo ſunt fratres omnes: *Exſultantibus nobis.*

Ad Rogatianum presb. & ceteros Confeſſores: *Etiam pridem.*

Ad plebem de quinque presbyteris ſchiſmaticis factionis Feliciſſimi: *Quamquam fratres.*

Ad Nemeſianum, ſive Nealeſianum, & ceteros martyres in metallo conſtitutos: *Gloria quidem.*

NEMESIANI & ceterorum reſponſio ad Cyprianum: *Quum ſemper.*

Ad Confeſſores de reditu ex ſchiſmate gratulatoria: *Lectis litteris veſtris.*

Ad Clerum Carthaginenſem de miſſis Romam & acceptis inde litteris: *Quales litteras.*

Ad Presbyteros & Diaconos Romae conſiſtentes: *Quoniam comperi.*

Ad eoſdem: *Quamquam breve.*

Ad plebem Thibaritanam de exhortatione martyrii: *Cogitaveram quidem.*

S. LEONIS Papae Epiſtola ad Flavianum: *Lectis dilectionis tuae litteris.*

Eiuſdem ad Iulianum: *Licet per noſtras.*

CODEX XLII. *Rec.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 159.
ſaeculi XV.

M. L. CAELII LACTANTII FIRMIANI

Divinarum Inſtitutionum adverſus gentes libri VII.

De opificio Dei.

De ira Dei.

CO-

CODEX XLIII. *Bess.*

in 4. membranaceus, foliorum 47.
saeculi circiter XV.

LACTANTII FIRMIANI
Divinarum institutionum libri VII.
De ira Dei
De opificio Dei.

CODEX XLIV. *Bess.*

in folio, membranaceus, foliorum 71.
saeculi circiter XIII.

S. HILARII Episcopi Pictaviensis de Trinitate libri XII.

CODEX XLV. *Bess.*

in 4. chartaceus, foliorum 245.
saeculi circiter XV.

S. BASILII Magni ad Amphilochium adversus Apologiam impii Eunomii Antirrheticus, latinitate donatus a GEORGIO TRAPEZUNTIO. Praeit BESSARIONIS Epistola seu Praefatio, qua versionem Eugenio IV. Pont. Max. dono mittit.

Nota infrascripta habetur in fine:

Ad Amphilochium de Spiritu Sancto adversus Eunomium Capitula XXX. exemplata per Petrum Turris clericum Brandeburgensem familiarem Reverendissimi in Christo Patris Domini Domini Bessarionis, Basilicae XII. Apostolorum Presbyteri Cardinalis dignissimi, Nicaeni vulgariter nominati, 1442. ultima die mensis Februarii completa.

Laus Deo. Amen.

CODEX XLVI. *Rec.*

in fol. membranaceus, foliorum 72.
saeculi circiter XIV.

S. BASILII Magni in Hexaëmeron Homiliae ab EUSTATHIO, si-

ve EVSTACHIO Afro in Latinum translatae, & Syncleticae Diaconissae sorori dicatae.

S. GREGORII NYSSENI de opificio hominis ad Petrum fratrem liber, quem de graeco in Latinum vertit DIONYSIVS EXIGVVS, & Egipio Presbytero nuncupavit.

Desunt quinque priora capita, & fine opus mutilum est foliis deficientibus.

NEMESII Emeseni de natura hominis liber a BVRGVNDIONE Pisano latine versus, & GREGORIO Nysseno tributus. Initio multa desunt.

CODEX XLVII. Bess.

in fol. min. membranaceus; foliorum 68.
saeculi circiter XIV.

S. AMBROSII Mediolanensis
Hexaëmeron.
De Paradiso liber.

Nota in fine sic habet.

Explicit liber Paradisi. die XXVII. mensis Augusti. Per Presbyterum Ioannem de Archonate.

CODEX XLVIII. Rec.

in folio, membranaceus; foliorum 322.
saeculi XV.

S. HIERONYMI Epistolae, & Opuscula.

Primae Epistolae fragmentum tantum habetur.

Ad Paulam & Eustochium de Adsumptione B. Mariae Virginis: *Cogitis me*. Suppositiția est.

Ad Eustochium de custodia virginitatis: *Audi filia*.

Ad Laetam de institutione filiae suae: *Apostolus*.

Ad Demetriadem de virginitate: *Inter omnes materias*.

* Sine ulla inscriptione. *Ignoti ad ignotam scribimus, dumtaxat iuxta faciem corporalem; alioquin interior homo pudore sibi cognitus est illa notitia, qua Apostolus Paulus Colossenses multosque credentium noverat, quos ante non viderat.* Hanc in edit. non vidimus.

Ad Furiam de viduitate servanda: *Obsecras litteris*.

Ad Ageruchiam de monogamia: *In vetere via*.

Ad

Ad Salvinam de servanda viduitate : *Vereor ne*.
Ad matrem & filiam in Gallia commorantes : *Retulit mihi*.
Ad Rusticum de poenitentia : *Quod ignotus*.
Ad Eustochium, alias ad Marcellam, de transmissis muneribus : *Parva specie*.
Ad Susannam exhortatio ad poenitentiam : *Puto levius esse*. Inter falso adscriptas.
* De consanguineitate B.M. Virginis : *Anna & Esmeria fuerunt sorores. Anna peperit Sanctam Mariam Dei genitricem, Esmeria autem peperit Elisabeth.* Non invenimus in edit.
Ad Virginem, sive ad Mauritii filiam commendatitia : *Quantam in caelestibus*. Inter suppositities.
Ad Rusticum Monachum institutio Monachi : *Nihil est Christiano faelicius*.
Ad Paulinum de S. Scripturae libris : *Frater Ambrosius*.
Ad eundem institutio Monachi : *Bonus homo*.
Ad Oceanum de vita Clericorum : *Deprecatus es*.
Ad eundem de secundis nuptiis. *Nunquam fili*.
Ad Sabinianum lapsum : *Samuel quondam*.
Ad Nepotianum de vita Clericorum & Monachorum : *Petis a me*.
Ad Heliodorum de contemtu saeculi : *Quanto studio & amore*.
Ad Praesidium diaconum exhortatio ad vitam solitariam : *Nulla res, vetus inquit comicus*, Hieronymo abiudicatur. Ceterum non parum discrepat ab editis Codicis lectio.
Ad Heliodorum Epitaphium Nepotiani : *Grandes materias*.
Ad Castrucium, sive Castertianum, consolatoria : *Sanctus filius meus*.
Ad Iulianum consolatio in adversis : *Filius meus frater tuus*.
Ad Innocentium de muliere septies percussa : *Saepe a me*.
Ad Oceanum de morte Fabiolae : *Plures anni sunt*.
Ad Pammachium de dormitione Paulinae : *Sanato vulneri*.
Ad Paulam consolatoria de morte Blesillae : *Quis dabit*.
Ad Eustochium de dormitione S. Paulae : *Si cuncta*.
Ad Principiam Marcellae Epitaphium : *Saepe & multum*.
Ad Evagrium presbyterum de Levita lapso : *Nisi vererer*. Inter falso adscriptas.
Ad eundem de Melchisedec : *Misisti mihi volumen*.
Ad Dardanum de terra promissionis : *Quaeris Dardane*.
Ad Fabiolam de veste sacerdotali : *Usque hodie*.
De tribus virtutibus, fortitudine, sapientia, & prudentia : *Tres quodammodo*. Suppostitia.
Ad Hedibiam de duodecim quaestionibus : *Ignota vultu*.
Ad Algasiam de undecim quaestionibus : *Filius meus Apodemius*.
Ad Alexandrum & Minervinum de resurrectione carnis : *In ipso*

iam profectionis articulo.

Ad Cerasiam, alias Terentiam & Therasiam, de Circumcisione Domini: *Superiori epistola*. Suppositia.

De leprae diversis generibus: *Admirabile divinae dispositionis*. Spuria.

De vindicta & iuramento, & de obedientia & scientia: *Praesumtionem meam*. Inter suppositias sub titulo: Instituit amicum in scientia divinae legis.

DAMASI ad Hieronymum tres quaestiones veteris legis: *Dormientem te*.

Ad Damasum responsio: *Posteaquam*.

Ad eundem de visione Isaiae: *Et factum est*.

Ad eundem de Seraphim & calculo: *Septuaginta: Et missum est*. Hae duae Epistolae in edit. T. III. pag. 515. non seiunguntur.

DAMASI ad Hieron. de Osanna: *Commentaria quum legerem*.

Ad Damasum respondens: *Multi super hoc*.

Ad eundem de filio prodigo: *Beatitudinis tuae*.

Symbolum ad eundem: *Credimus in Deum*.

Symbolum Nicaenum: *Credimus in unum Deum*.

Ad Damasum de hypostasibus: *Quoniam vetus Oriens* [sic].

Ad eundem contra Arianos: *Importuna in Evangelio mulier*.

Ad eundem de altaris oblationibus: *Noverit sancta auctoritas*. Inter spurias.

DAMASI ad Hieron. de traductione Psalterii: *Dum multa corpora*. Inter spurias tum haec tum sequens reicitur epistola.

Ad Damasum respondens: *Legi litteras*.

Ad Pammachium apologia: *Quod ad te*.

Ad eundem adversus calumniatores: *Christiani interdum pudoris est*.

Ad Domnionem adversus calumniatores: *Litterae tuae*.

EPIPHANII Epistola ad Ioannem Cpolitanum Ep. ab Hieron. latine reddita: *Oportebat nos*.

Ad Pammachium de optimo genere interpretandi. *Paulus Apostolus*.

PAMMACHII & OCEANI ad Hieron. excitatio ad defensionem sui: *Sanctus aliquis*.

Ad Macarium de praefatione Ruffini ad libros Periarchon: *Scio quamplurimos*. Est Ruffini ipsius. Vide T. V. pag. 254. edit. Paris. S. Hieron.

Ad Pammachium & Oceanum de libris Origenis: *Schedulae, quas misistis*.

Ad Avitum de erroribus Origenis in libris Periarchon: *Ante annos circiter*.

Ad Ruffinum expostulatio de figurata laude: *Diu te Romae*.

RVF-

RVFFINI Apologia pro fide sua ad Anastasium Papam : *Audivi quosdam*.

Adversus Ruffinum responsiva & invectiva : *Lectis litteris prudentiae tuae*.

Ad Riparium contra Vigilantium : *Iustam quidem*.

Ad eundem contra schisma Vigilantii : *Acceptis primum litteris*.

Contra Vigilantium, qui docebat Apostolorum & martyrum Christi sepulcra non esse veneranda : *Multa in orbe*.

Ad Pammachium & Oceanum : *Qui AEthiopem invitat*. Spuria.

Ad Riparium exhortativa ad defendendam Ecclesiam : *Adversum hostes*. In edit. *Christi te adversum hostes*.

Ad Theophilum de Origenistis : *Meminit beatitudo*.

EPIPHANII ad Hieron. *Generalis epistola*.

THEOPHILI ad Hieron. de damnandis Origenistis : *Sanctus Episcopus Agatho*.

Ad Theophilum respondens : *Duplicem mihi gratiam*.

THEOPHILI ad Hieron. de damnatis Origenistis : *Didici & quod*.

Eiusdem ad Epiphanium de damnandis Origenistis : *Dominus*, *qui locutus est*.

Ad Pammachium contra Ioannem Ierosolym. *Si iuxta Paulum*.

ORIGENIS Homiliae duae in Canticum Canticorum ab Hieron. latine versae; praemissa epistola ad Damasum.

AVGVSTINI Epistola ad Hieron. *Nunquam aeque*.

Eiusdem ad eundem de translatione ex Hebraica veritate : *Habeo gratiam*.

Eiusdem ad eundem : *Quamvis existimem*.

Ad Augustinum familiaris : *Crebras ad me*.

Ad eundem commendatio amici : *Anno praeterito*.

AVGVSTINI ad Praesidium : *Sicut praesens*.

Eiusdem ad Hieronymum : *Ex quo coepi*.

Ad Augustinum : *Tres simul epistolas*.

Ad eundem apologetica : *Quum a sancto*.

AVGVSTINI ad Hieron. *Iampridem*.

Eiusdem ad eundem de origine animae : *Dominum Deum nostrum*.

Eiusdem ad eundem de eo, quod scriptum est in epistola Iacobi Apostoli : Qui totam legem servaverit &c. *Quod ad te scripsi*.

Ad Augustinum disputatio de ratione animae : *Quum apud vos*.

Ad eundem, ut certius scribat : *In ipso profectionis articulo*.

Ad Marcellinum & Anapsychiam de statu animae : *Tandem ex Africa*.

Ad Alypium & Augustinum de extincta haeresi Celestiana : *Sanctus Innocentius*.

Ad Augustinum de Pelagianis haereticis : *Multi utroque*.

AVGVSTINI ad Hieron. *Si forte aliqua*.

Ad Augustinum contra Pelagianos : *Omni quidem tempore*.

Ad eundem : *Virum venerabilem* [in edit. *honorabilem*].

Ad Paulinum de duabus quaestiunculis : *Voce me provocas*.

Ad Pammachium & Marcellam de Origenistis : *Rursum Orientalibus*.

Ad Marcellam de nomine Tharsis : *Nuper quum*.

Ad eandem defensio interpretationum : *Post priorem Epistolam*.

Ad eandem de Onaso : *Medici quos vocant*.

Ad Asellam de fictis amicis : *Si tibi putem*.

Ad Marcellam laudes Asellae : *Nemo reprehendat*.

Ad eandem de morte Leae : *Quum hora ferme tertia*.

Ad eandem de aegrotatione Blesillae : *Abraham tentatur*.

PAVLAE & EVSTOCHII ad Marcellam : *Mensuram caritas*.

Ad Paulam de secessu urbis : *Ambrosius quo*.

Ad eandem de interpretationibus Hebraicorum nominum : *Nudius tertius*.

Ad Marcellam de quaestionibus libri Regum & Iudicum : *Epistolare officium est*.

Ad eandem de Diapsalmate : *Quae acceperis*.

Ad eandem de Psalmo CXXVI. & sequenti : *Beatus Pamphilus*.

Ad eandem de blasphemia in Spiritum Sanctum : *Brevis est*.

Ad eandem de Montani erroribus : *Testimonia de Ioannis*.

Ad eandem de quinque quaestionibus novi Testamenti : *Magnis nos*.

Ad eandem excusatoria : *Vt tam parvam*.

Ad eandem consolatoria in adversis : *Magnam humilitati nostrae*. Inter suppositítias.

Ad Tranquillinum quatenus legendus Origenes : *Maiora spiritus*.

Ad Desiderium : *Lecto sermone*.

Ad eundem de duodecim Lectoribus sive Doctoribus : *Vis nunc acriter*. Inter reiectas.

Ad Magnum quatenus utendum litteris prophanis : *Sebesium nostrum*.

Ad Cyprianum expositio Psalmi LXXXIV. *Frater carissime*. Pars tantum est Epistolae ad Cyprianum, quae habetur T.II. edit. Paris. videlicet a linea 37. pag. 702. ad finem.

Ad Vitalem de Salomone & Achaz : *Zenon Nauclerus*.

Ad Ruffinum de iudicio Salomonis : *Multum in utramque partem*.

Ad Evagrium de differentia presbyteri & Diaconi : *Legimus in Isaia*.

Ad Amandum de quibusdam quaestionibus Evangelicis & Apostolicis. *Brevis Epistola*.

Ad

Ad eundem responsiva cuiusdam propositionis de Pauli Epist. *Propositio tua*. In edit. cum superiore coniuncta est sine ulla divisione.

Ad Lucinium Beticum : *Non opinanti mihi*.

Ad Theodoram epitaphium Lucinii : *Lugubri nuncio*.

CHROMATII & HELIODORI ad Hieron. *Ortum Mariae reginae*. Haec & quae sequitur Epistola inter spurias reponitur.

Ad Chromatium & Heliodorum respondens : *Qui terram auri*.

Ad Theophilum : *Ex eo tempore*.

In Epistolam Pauli , quae ad Philemonem scribitur , expositio : *Qui volunt inter Epistolas Pauli*. Pars tantum est expositionis iam editae.

Ad Abigaum Hispanum consolatio caecitatis : *Quamvis mihi*.

Ad Florentium Monachum de stabilienda amicitia : *In ea mihi parte*.

Ad eundem : *Quantus beatitudinis*.

Ad Exsuperantium ut Deo serviat : *Inter omnia*.

Ad Chromatium & alios : *Non debet charta*.

Ad Theodosium & ceteros Anachoretas : *Quam vellem*.

Ad Paulum senem : *Humanae vitae*.

Ad Chrysocomam [in edit. Chrysogonum] Monachum Aquileiae : *Qui circa te*.

Ad Iulianum Diaconum Aquileiae : *Antiquus sermo*.

Ad Marcum Presbyterum : *Decreveram quidem*.

Ad Niceam Hypodiaconum Aquileiae : *Turpilius comicus*.

Ad Antonium Monachum : *Dominus noster*.

Ad Virgines Hermonenses : *Chartae exiguitas*.

Ad Castorinam Materteram : *Ioannes Apostolus*.

De honorandis parentibus : *Parentum meritis*. Inter suppostititias.

Ad Ruffinum : *Plus Deum tribuere*.

Ad Teratiam de testamento Gerontii : *Cuncti sensus mei*. Est suppostitia.

Sermo de Epiphania : *Dies Epiphaniorum*. Inter reiectos.

Ad Eustochium , ceterasque Virgines regula vitae monasticae : *Tepescens in membris*. Inter spuria.

CODEX XLIX.

in 4. membranaceus , foliorum 177.
saeculi circiter XV.

S. HIERONYMI Epistolae , & Opuscula.

Symbolum Fidei ad Damasum : Incip. *Credimus in Deum*.

DAMASI Epistola ad Hieronymum : *Dormientem te*.

Ad Damasum ad tres quaestiones veteris legis : *Postquam epistolam.*

ORIGENIS Homiliae II. in Canticum Canticorum HIER. interprete.

DAMASI Epist. de Osanna : *Commentaria quum legerem.*

Responsio ad Damasum : *Multi super hoc.*

Ad eundem de hypostasibus : *Quoniam vetus Oriens.* [sic] .

Ad eundem de iisdem : *Importuna in Evangelio mulier.*

Ad eundem de Seraphim : *Et factum est*. Dividitur ut in Codice superiori.

AVGVSTINI Epist. ad Hieron. *Audivi pervenisse.*

Ad Augustinum : *In ipso profectionis articulo.*

Ad eundem commendatio amici : *Anno praeterito.*

AVGVSTINI Epist. ad Praesidium : *Sicut praesens rogavi.*

Eiusdem ad Hieron. *Quamvis existimem.*

Eiusdem ad eundem : *Numquam aeque.*

Ad Augustinum : *Crebras ad me.*

AVGVSTINI ad Hieron. de translatione ex Hebraica veritate: *Habeo gratiam.*

Eiusdem ad eundem de mendacio : *Ex quo coepi.*

Ad Augustinum de expositione cuiusdam loci Epistolae ad Galatas : *Tres simul epistolas.*

Ad Marcellinum & Anapsychiam : *Tandem ex Africa.*

Ad Augustinum exhortatio ad concordiam : *Quum a sancto fratre nostro.*

AVGVSTINI ad Hieron. *Iampridem.*

Eiusdem ad eundem de origine seu ratione animae : *Deum nostrum.*

Eiusdem ad eundem de eo quod scriptum est : *Qui totam legem servaverit, offendat autem in uno factus est omnium reus*. Init. *Quod ad te scripsi.*

Ad Augustinum : *Virum venerabilem.*

Ad Augustinum contra Pelagianos : *Omni quidem tempore.*

Ad Alypiam & Augustinum de extincta haeresi Celestiana : *Sanctus Innocentius.*

EPIPHANII Salaminae Cypri Episcopi ad Ioannem Ep. Cpolitanum Epistola, HIERONYMO Interprete : *Oportebat nos.*

Ad Heliodorum Episcopum exhortatoria, sive de laude vitae solitariae : *Quanto amore.*

Ad Pammachium de optimo genere interpretandi : *Paulus Apostolus.*

Ad Nepotianum de vita Clericorum & Monachorum : *Petis a me.*

Ad Amandum de tribus quaestionibus novi Testamenti : *Brevis epistola.*

Ad

Ad Tranquillinum quatenus legendus Origenes : *Maiora ſpiritus*.

PAMMACHII ad Hieron. excitatio ad defenſionem ſui, ſive pro interpretatione Periarchon Origenis : *Sanctus aliquis*.

Ad Pammachium & Oceanum de libro Origenis & laude ipſius : *Schedulae quas miſiſtis*.

Ad Avitum de erroribus Origenis : *Ante annos circiter*.

Ad Oceanum de vita Clericorum : *Deprecatus es*. Inter ſpuria.

Ad eundem de ſecundis nuptiis : *Nunquam fili*.

Ad Evangelum de gradu ſacerdotis & diaconi : *Legimus in Iſaia*.

Ad eundem de Melchiſedech : *Miſiſti mihi volumen*.

Ad Marcum presbyterum de fide ſua : *Decreveram quidem*.

Ad Exſuperantium exhortatio ad Chriſti militiam : *Inter omnia*.

Ad Ruſticum de poenitentia : *Quod ignotus*.

Ad Deſiderium : *Lecto ſermone*.

Ad Dardanum de terra promiſſionis : *Quaeris Dardane*.

Ad Lucinium exhortatio ad piam vitam : *Non opinanti mihi*.

Ad Pammachium apologia : *Quod ad te*.

Ad Euſtochium de virginitate ſervanda : *Audi filia*.

Ad Helvidium de perpetua virginitate B. Mariae : *Nuper rogatus*.

Ad Paulam & Euſtochium de Adſumptione B. Mariae Virginis. *Cogitis me*. Suppoſititia eſt.

CODEX L. Beſſ.

in fol. min. membranaceus, foliorum 351. ſaeculi XV. auro & picturis ornatus.

S. HIERONYMI Epiſtolae, & Opuſcula.

Symbolum Fidei ad Damaſum Papam. Init. *Credimus in Deum* &c. Inter ſuppoſititia.

DAMASI Papae Epiſtola ad Hieronymum : *Dormientem te*.

Ad Damaſum ad tres quaeſtiones veteris legis : *Poſtquam epiſtolam*.

ORIGENIS Homiliae duae in Canticum, Canticorum HIERONYMO Interprete ; praemiſſa epiſtola ad Damaſum Papam.

DAMASI Epiſt. de Oſanna : *Commentaria quum legerem*.

Reſponſio ad Damaſum : *Multi ſuper hoc ſermone*.

Ad eundem de hypoſtaſibus : *Quoniam vetus* [ſic] *Oriens*.

Ad eundem de iiſdem : *Importuna in Evangelio mulier*.

Ad eundem de Seraphim : *Et factum eſt*. In Codice inſcribitur : Pars quaedam cuiuſdam ſcripti B. Hieronymi de Seraphim, & in duas partes dividitur. Secunda incip. *Septuaginta*.

AVGVSTINI Epist. ad Hieron. *Audivi pervenisse.*

Ad Augustinum : *In ipso profectionis articulo.*

Ad eundem commendatio amici : *Anno praeterito.*

AVGVSTINI epist. ad Praesidium : *Sicut praesens rogavi.*

Eiusdem ad Hieron. *Quamvis existimem.*

Eiusdem ad eundem. *Nunquam aeque.*

Ad Augustinum : *Crebras ad me.*

AVGVSTINI ad Hieron. De translatione ex Hebraica veritate : *Habeo gratiam.*

Eiusdem ad eundem de mendacio : *Ex quo coepi.*

Ad Augustinum de expositione cuiusdam loci epistolae ad Galatas : *Tres simul epistolas.*

Ad Marcellinum & Anapsychiam : *Tandem ex Africa.*

Ad Augustinum adhortatio ad concordiam : *Quum a sancto fratre nostro.*

AVGVSTINI ad Hieron. *Iampridem.*

Eiusdem ad eundem de origine seu ratione animae : *Deum nostrum, qui nos vocavit.*

Eiusdem ad eundem de eo quod scriptum est : *Qui totam legem servaverit offendat autem in uno factus est omnium reus.* Init. *Quod ad te scripsi.*

Ad Augustinum : *Virum venerabilem.* in edit. *honorabilem.*

Ad Augustinum contra Pelagianos : *Omni quidem tempore.*

Ad Alypium & Augustinum de extincta haeresi Celestiana : *Sanctus Innocentius.*

EPIPHANII Salaminae Cypri Episcopi ad Ioannem Ep. Constantinopolitanum epistola, HIERONYMO interpr. *Oportebat nos.*

Ad Heliodorum Episcopum exhortatoria, sive de laude vitae solitariae : *Quanto amore.*

Ad Pammachium de optimo genere interpretandi : *Paulus Apostolus.*

Ad Nepotianum de vita Clericorum & Monachorum : *Petis a me.*

Ad Amandum de tribus quaestionibus novi Testamenti. *Brevis epistola.*

Ad Tranquillinum quatenus legendus Origenes. *Maiora spiritus.*

PAMMACHII ad Hieron. excitatio ad defensionem sui, sive pro interpretatione Periarchon Origenis : *Sanctus aliquis.*

Ad Pammachium & Oceanum de libro Origenis & laude ipsius : *Schedulae quas misistis.*

Ad Avitum de erroribus Origenis : *Ante annos circiter.*

Ad Oceanum de vita Clericorum : *Deprecatus es.* Inter spuria.

Ad eundem de secundis nuptiis : *Nunquam fili.*

Ad Evangelum de gradu Sacerdotis & Diaconi : *Legimus in Isaia.*

Ad

Ad eundem de Melchisedec : *Misisti mihi volumen*.

PAVLAE & EVSTOCHII ad Marcellam de locis sanctis exhortatoria : *Mensuram caritas*.

Ad Marcum Presbyterum de fide sua : *Decreveram quidem*.

Symbolum de Fide Nicaeni Concilii : *Credimus in unum Deum*. Inter suppostitia sub titulo : Explanatio Symboli ad Damasum.

Ad Exsuperantium exhortatio ad Christi militiam : *Inter omnia*.

Ad Rusticum de poenitentia : *Quod ignotus*.

Ad Desiderium : *Lecto sermone*.

Sermo de tribus virtutibus , fortitudine , sapientia , & prudentia : *Tres quodammodo virtutes*. Suppositia.

Ad Dardanum de terra promissionis : *Quaeris Dardane*.

Ad Lucinium exhortatio ad piam vitam : *Non opinanti mihi*.

Ad Pammachium apologia : *Quod ad te hucusque*.

Ad Eustochium de virginitate servanda : *Audi filia*.

Adversus Helvidium de perpetua virginitate B. Mariae : *Nuper rogatus*.

Adversus Iovinianum Libri II.

Ad matrem & filiam de suspecto contubernio : *Retulit mihi*.

Ad Paulinum institutio Monachi : *Bonus homo*.

Ad eundem de studio S. Scripturae : *Frater Ambrosius*.

Ad Vigilantium ut resipiscat : *Iustum quidem fuerat*.

Ad Riparium de Vigilantio : *Acceptis primum litteris tuis*.

Adversus Vigilantium : *Multa in orbe monstra*.

Ad Magnum quatenus utendum libris prophanis : *Sebesium nostrum*.

De iudicio Salomonis ad Ruffinum : *Multum in utramque partem*.

Ad Vitalem presbyterum de Salomone & Achaz : *Quomodo Salomon*.

Ad Florentium de ortu amicitiae : *Quantus Beatitudinis tuae*.

Ad eundem de stabilienda amicitia : *In ea mihi*.

Ad Abigaum Hispanum exhortatio ad patientiam : *Quamquam* [in editis *Quamvis*] *mihi*.

Ad Castricianum [edit. Castrucium] ut de caecitate non debeat contristari : *Sanctus filius meus*.

Ad Sabinianum Diaconum lapsum : *Samuel quondam*.

Ad Iulianum Diaconum Aquileiae : *Antiquus sermo est*.

Ad Niceam Hypodiaconum Aquileiae : *Turpilius Comicus*.

Ad Rusticum institutio Monachi : *Nihil est Christiano faelicius*.

Ad Paulum senem laus integrae senectutis : *Humanae vitae*.

Ad Chromatium & alios : *Non debet charta dividere*.

Ad Chrysocomum [edit. Chrysogonum] Monachum : *Qui circa te*.

Ad Antonium Monachum : *Dominus noster*.

Ad Theodosium & ceteros Monachos : *Quam vellem*.

Ad Minervinum & Alexandrum Monachos : *In ipso iam*.

Ad Cyprianum presbyterum de fine Psalmi LXXXIX. *Frater cariſſime Cypriane*. Postrema pars est epistolae ad Cyprianum T. II. pag. 694. edit. Parif.

Ad Pammachium adversus calumniatores : *Christiani interdum*.

Ad Pammachium & Marcellam de Origenistis : *Rursum Orientalibus*.

Ad Domnionem adversus calumniatores : *Litterae tuae*.

Ad Asellam de maledicorum Clericorum invidentia : *Si tibi putem*.

Ad Virgines Hermonenses : *Chartae exiguitas*.

Ad Demetriadem de virginitate : *Inter omnes materias*.

Ad Laetam de institutione filiae : *Apostolus Paulus*.

Ad Fabiolam de veste sacerdotali : *Vsque hodie*.

Ad Castorinam materteram : *Ioannes idem*.

Ad Furiam de servanda viduitate : *Obsecras litteris*.

Ad Aggerutiam, sive Ageruchiam de monogamia : *In vetere via*.

Ad Salvinam consolatoria de morte Nebidii viri sui, & de viduitate servanda : *Vereor ne*.

Ad Marcellam de quinque quaestionibus : *Magnis nos*.

Ad eandem de Onaso : *Medici quos vocant*.

Ad eandem de Hebraicis nominibus & verbis : *Nuper quum pariter*.

Ad eandem de decem Dei nominibus. *Nonagesimum Psalmum*.

Ad eandem de Fide nostra, & dogmate haeretico : *Testimonia de Ioannis*.....

Ad eandem de blasphemia in Spiritum Sanctum inremiſſibili : *Brevis est quaestiuncula quam misisti*, [sic].

Ad eandem de detractoribus : *Post priorem*.

Ad eandem de muneribus : *Vt absentiam*.

Ad eandem invitatio ad secessum : *Ambrosius quo*.

Ad eandem, ne contristetur de aegrotatione Blesillae : *Abraham tentatur*.

Ad eandem de Ephod & Seraphim : *Epistolare officium*.

Ad eandem expositio Psalmi CXXVI. *Beatus Pamphilus*.

Ad eandem : *Vt tam parvam*.

Ad Paulam de interpretatione Hebraici alphabeti : *Nudius tertius*.

Ad Marcellam de diapsalmate : *Quae acceperis*.

Ad eandem de morte Leae : *Quum hora ferme tertia*.

Ad eandem laudes Asellae : *Nemo reprehendat*.

Ad Tyrasiam de morte filiae suae : *Caritatis tuae*. Hieronymo abiudicatur.

Ad Iulianum consolatio in adversis : *Filius meus , frater tuus*.

Ad Paulam consolatoria de morte Blesillae : *Quis dabit capiti meo*.

Ad Heliodorum epitaphium Nepotiani : *Grandes materias*.

Ad Theodoram epitaphium Lucinii : *Lugubri nuncio*.

Ad

Ad Oceanum de morte Fabiolae : *Plures anni*.
Ad Innocentium de muliere septies percussa : *Saepe a me*.
Ad Principiam de vita Marcellae : *Saepe & multum*.
Ad Pammachium de morte Paulinae : *Sanato vulneri*.
Ad Marcellam de honorandis parentibus : *Parentum meritis*. Inter suppositítias.
Ad Eustochium de munusculis : *Parva specie*.
Ad Ruffinum Presbyterum [in edit. Monachum] : *Diu te Romae*.
Ad Ctesiphontem Vrbicum : *Non audacter*.
Ad Principiam Virginem explanatio Psalmi XLI. *Scio me*.

RVFFINI Presbyteri praefatio in libros Periarchon, quos de graeco transtulit in latinum : *Scio quamplurimos*.

Eiusdem pro se apologia : *Audivi quosdam*.

Ad Ruffinum Presbyterum : *Lectis litteris prudentiae tuae*.

Nota reperitur in fine :

Laus Trinitati individuae, quoniam harum Sancti Hieronymi Epistolarum finem feci ego Andreas quondam Domini Matthaei de Castagnolis Notarius Bononiae. Anno Domini MCCCCL. *die* XXIIII. *Decembris, ad consolationem Reverendissimi in Christo Patris Domini Domini Bessarionis, Dei gratia Episcopi Tusculani, Cardinalisque Nicaeni Graecorum, Domini mei, & Legati Bononiensis Apostolici. Igitur memento mei, Domine, quia tuus sum.*

CODEX LI.

in 4. *chartaceus, foliorum* 181.
saeculi circiter XV.

S. HIERONYMI Regula ad Eustochium, ceterasque Virgines Christi. Inter spuria opuscula reponi solet.

Sequitur S. Hieronymi vita : *Beati Hieronymi vitam diversis auctoribus* &c. ut in editione Parisiensi T. V. pag. 11.

Habentur exinde Homiliae variae, sine auctorum nominibus, & alia, quae imbrium & mucoris iniuria foedata sunt, ac pene deleta.

Fol. 168. legitur narratiuncula de Iudaeo quodam Theodosio, inter Iudaeos principe, sub Imperio Iustiniani Imperatoris.

Subsequitur sermo de miseria humana, qui habetur in editione Parisiensi S. Bernardi Vol. II. pag. 757.

CODEX LII. *Cont.*

in 4. *membranaceus*, *foliorum* 124.
saeculi circiter XV.

S. HIERONYMI
De viris illustribus sive de antiquis Scriptoribus Ecclesiasticis liber. In fine additur: *Adversum Iovinianum libros duos*, *&* *ad Pammachium*.
Sequitur Epistola ad Desiderium de XII. Lectoribus sive doctoribus. Dialogus adversus Pelagianos.

CODEX LIII. *Rec.*

in 4. *membranaceus*, *foliorum* 48.
saeculi circiter XIV.

S. HIERONYMI regula vivendi Sanctimonialium ad Eustochium & ceteras Virgines: *Tepescens in membris*. Inter spuria. Accedit fol. 41. regula S. Augustini.

CODEX LIV. *Rec.*

in 4. *membranaceus*, *foliorum* 52.
saeculi circiter XV.

TRACTATVS de interiori domo seu conscientia aedificanda, qui operibus S. Bernardi inseritur. Vide edit. Bernardinam Mabillonii Vol. II. pag. 335. C. In Codice perperam inscribitur: B. Hieronymi transitus.
EVSEBII Cremonensis de morte S. Hieronymi.
S. AVGVSTINI epistola ad S. Cyrillum Hierosolym. de laudibus S. Hieronymi.
S. CYRILLI Hierosolym. epistola ad S. Augustinum de obitu & prodigiis S. Hieronymi. Tria haec opuscula inter supposititia reperies in editis.
S. HIERONYMI dialogus adversus Pelagianos.

In calce Codicis infrascripta nota reperitur:

Presbyter Faustinus de Osemo Valliscamonicae die 27. *Iulii* 1490. *anno Iubilei scripsit*. *Deo gratias*. *Amen*.

CO-

CODEX LV. *Beff.*

in 4. chartaceus, foliorum 50. saeculi circiter XV.

EVSEBII Cremonenſis de morte S. Hieronymi.
S. AVGVSTINI Epiſtola ad Cyrillum Hieroſolymitanum de laudibus S. Hieronymi.
S. CYRILLI Hieroſolym. ad S. Auguſtinum Epiſtola de miraculis S. Hieronymi.

CODEX LVI. *Rec.*

in 8. membranaceus, foliorum 75. ſaeculi circiter XIV.

EVSEBII Cremonenſis de morte S. Hieronymi.
S. AVGVSTINI Epiſtola ad Cyrillum Hieroſolymitanum de laudibus S. Hieronymi.
S. CYRILLI Hieroſolym. ad S. Auguſtinum Epiſtola de miraculis S. Hieronymi.

CODEX LVII. *Beff.*

in folio, membranaceus, foliorum 304. ſaeculi XV. auro & picturis ornatus, quibus & ceteri S. Doctoris Codices, quos deſcribemus, & qui iuſſu Beſſarionis probabiliter exſcripti ſunt, decorantur.

S. AVGVSTINI Ennarationes in PSALMOS, ſcilicet a I. ad LXXV.

CODEX LVIII. *Beff.*

in fol. membranaceus, foliorum 334. ſaeculi XV.

S. AVGVSTINI in PSALMOS, ſcilicet, a LXXV. ad CL.

CODEX LIX. Beff.

in folio, membranaceus, foliorum 309.
faeculi XIV.

S. AVGVSTINI

In Evangelium IOANNIS Tractatus, ut in edit. a pag. 289. ad 826. In Codice diverfa fectio deprehenditur.

In verba Evang. MATTHAEI Sermones XXIII.

In verba Evang. LVCAE Sermones XV.

In verba Evang. IOANN. Sermones XXVII. Tres hae poftremae. Sermonum claffes ad anni feftivitatum rationem, ut plurimum, aptatae funt ac difpofitae.

In calce Codicis habetur fermo de Trinitate, five de Scripturis veteribus ac novis contra Arianos: *Sancta & divina eloquia*. T. V. P. II. pag. 1485.

CODEX LX. Beff.

in 4. membranaceus, foliorum 233.
faeculi circiter XIII.

S. AVGVSTINI

In IOANNIS Evangelium Tractatus XL. priores. Primus & ultimus mutili funt.

In Epiftolam IOANNIS ad Parthos Tractatus five Homiliae X. Initio nonnulla deficiunt.

CODEX LXI. Beff.

in folio, membranaceus, foliorum 376.
faeculi XV.

S. AVGVSTINI

Expofitio quarundam propofitionum in Epiftolam ad Romanos, ut in edit. T. III. P. II. a pag. 905. ad 925.

Expofitio Epiftolae ad Galatas.

Locutionum libri VII.

Quaeftionum in Heptateuchum libri VII.

De confenfu Evangeliftarum libri IV.

De Fide ad Petrum. Auctor eft FVLGENTIVS. Definit: *fiquid aliter fapit, hoc quoque illi revelabit Deus.*

Con-

Confessionum libri XIII.

De gestis Pelagii ad Aurelium Episcopum.

CONCILII Carthaginensis Epistola Innocentio Pontifici Romano de actis adversus Pelagium & Celestinum : *Quum ex more*. In editis habetur sub numero CLXXV.

INNOCENTII Epistola Patribus Carthaginensis Concilii : *In requirendo de iis rebus*. Sub num. CLXXXI.

PATRVM Milevitani Concilii Epist. Innocentio, de cohibendis Pelagianis haereticis : *Quare te Dominus gratiae suae*. Sub num. CLXXVI.

INNOCENTII Epist. Patribus Milevitani Concilii comprobans illorum acta adversus Pelagianos : *Inter ceteros*. Sub num. CLXXXII.

Epistola ad Marcellinum de baptismo parvulorum. Pars tantum est epistolae sive libri tertii. desinit in illa verba : *sicut eum qui noverunt loquantur bonum*, quae habentur in edit. pag. 73. lin. 21. T. X. Sequitur exemplum edicti, cuius init. *Iunius quartus Palladius*.

De quantitate animae.

De magistro.

De cathechizandis rudibus.

De divinatione Daemonum.

De mendacio.

De Fide & Symbolo.

De bono coniugali.

De nuptiis & concupiscentia ad Valerium.

CODEX LXII. *Bess.*

in 4. mai. membranaceus, foliorum 302.
saeculi XIV.

S. AVGVSTINI De Trinitate libri XV. E regione latini textus posita est Graeca versio.

CODEX LXIII. *Bess.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 176.
saeculi circiter XIV.

S. AVGVSTINI De Civitate Dei libri XXII.

CODEX LXIV. *Beſs.*

in fol. membranaceus, foliorum 275.

S. AVGVSTINI
Contra Academicos libri III.
De ordine libri II.
De libero arbitrio libri III.
Soliloquiorum libri II.
De immortalitate animae liber.
De vera religione liber.
De Geneſi ad litteram libri XII.
Contra Felicianum Arianum de unitate Trinitatis. ad Optatum : *Extorſiſti mihi, dilectiſſime fili Optate*. Exſtat T. VIII. pag. 39. VIGILIO reſtitutus.
De Trinitate. Libri XV.

CODEX LXV. *Beſs.*

in folio, membranaceus, foliorum 301.

S. AVGVSTINI Opuſcula Polemica, ſcilicet,
Contra Fauſtum Manichaeum libri XXXIII.
Contra Iulianum haereſis Pelagianae defenſorem libri VI.
Acta, ſeu diſputatio contra Fortunatum Manichaeum.
Sermo Arianorum : *Dominus noſter Ieſus Chriſtus*. In edit. T. VIII. p. 621.
Contra Sermonem Arianorum liber unus.
Contra Felicianum Arianum de Vnitate Trinitatis ad Optatum.
Contra Paganos Quaeſtiones ſex ad presbyterum Deogratias.
De Gratia Chriſti contra Pelagium & Caeleſtium libri II. ad Albinam, Pymachum [ſic], & Melaniam.
De Geneſi contra Manichaeum libri II.
Contra Maximinum haereticum, ſive [ut in edit. T. VIII. p. 649.] Collatio cum Maximino Arianorum Epiſcopo. Praemittuntur ea, quae de eadem Collatione ſcribit POSSIDIVS in Auguſtini vita cap. 17.
Contra eundem Maximinum libri II.
De duabus animabus contra Manichaeos.
Epiſtola ad Sixtum presbyterum contra Pelagianiſtas. In edit. eſt CXCIV. T. II. p. 715.
Contra Adimantum Manichaei diſcipulum liber unus.

CO-

CODEX LXVI. *Rec.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 185.
saeculi XV.

S. AVGVSTINI
Contra Faustum Manichaeum libri XXXIII. Postremus fine aliquantulum mutilus est.
De divinatione daemonum.
De Fide & operibus.
De beata vita. Desunt quinque postrema capitula.
De Fide rerum, quae non videntur.

CODEX LXVII. *Bess.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 249.

S. AVGVSTINI
Sermo in illud: *Faciamus hominem.*
VOLVSIANI Epistola ad Augustinum: *Petis a me*, in edit. T. II. p. 399.
Epistola ad Volusianum: *Legi litteras tuas*. Est CXXXVII. in edit. p. 401. T. praedicti.
Ad Marcellinum: *Epistolam tuam*. Est CXLIII. p. 463.
Ad Optatum: *Quamvis tuae*. Est CXC. p. 700.
Ad Armentarium: *Vir egregius*. Est CXXVII. p. 373.
Ad Deogratias: *Quaestiones tibi propositas*. Est CII. p. 273. Sequuntur & quaestiones VI.
Ad Dardanum de praesentia Dei: *Fateor me*. Est CLXXXVII. p. 678.
Ad Probam de orando Deo: *Et petisse te*. Est CXXX. p. 382.
Ad Paulinam de videndo Deo: *Memor debiti*. Est CXLVII. p. 473.
Ad Hesychium de fine saeculi: *Accepi litteras*. Est CXCIX. p. 742.
Ad Consentium: *Quantum ad oculos adtinet*. Est CCV. p. 767.
Ad Asellicum de Iudaismi cavendi disceptatione: *Litteras Sanctitatis tuae*. Est CXCVI. p. 730.
Ad Macedonium: *Negotiosissimum in republica virum*. Est CLIII. p. 524.
De haeresibus ad Quodvultdeum liber unus. In fine sequuntur nonnulla de Nestorianis & Eutychianis, quae Augustino abiudicantur. Vide notas in edit. T. VIII. p. 27. litt. d. In codice hac de re sic notatur.

Explicit liber de haeresibus. Haec duo capitula quae sequuntur, scilicet: Nestoriani, Eutychiani, *a S. Vinadio Episcopo Marsiliensi dicuntur apposita. Aliqui tamen libri habent ista duo capitula ante illum locum superius positum: Ecce quam multas commemoravimus haereses.* Verba haec initio perorationis invenies in edit. pag. 26.

Enchiridion ad Laurentium Primicerium Ecclesiae Vrbicae, de Fide, Spe, & Caritate. Praemisso capitulorum indice.

Soliloquiorum libri duo.

De immortalitate animae.

De quantitate animae ad Adeodatum, sibi per carnem bonae indolis filium. Interlocutores sunt Adeodatus & Augustinus. Videatur admonitio editoris T. I. p. 399.

De natura boni adversus Manichaeos.

De utilitate credendi ad Honoratum.

De mendacio.

Contra mendacium ad Consentium.

De bono coniugali.

De sancta virginitate.

De moribus Ecclesiae Catholicae, & de moribus Manichaeorum.

Ad Publicolam epistola: *AEstus animi tui.* Est XLVII. in edit. T. II. pag. 110.

In extrema pagina sic scripsit manu propria Bessario:

Iste liber est mei Bessarionis Cardinalis Tusculani, Legati Bononiensis, emtus viginti duobus ducatis. 1453.

CODEX LXVIII. *Bess.*

in folio membranaceus, foliorum 254.
saeculi XV.

S. AVGVSTINI

De agone Christiano liber.

In Epist. Ioannis ad Parthos Tractatus X.

Contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifacium Romanae Ecclesiae Episcopum libri IV.

De vita Christiana. Holstenius ex veteri Casinensis Monasterii exemplari, opus hoc FASTIDIO Brittoni, utpote parenti suo restituit. Vide edit. Romanam 1663. & Augustini editionem Ven. T. VI. pag. 183. in App.

Ad Simplicianum de diversis Quaestionibus. Praemissa Epistola: *Plenas bonorum.*

Quaestionum Evangeliorum libri II. Liber secundus desinit in Quaest. L.

De

De octo Dulcitii quaestionibus.

Adversus quinque haereses, seu contra quinque hostium genera. In edit. inter subdititia T. VIII. App. pag. 1.

De agone Christiano iterum.

Contra epistolam Parmeniani libri III.

Adnotationum in Iob liber unus.

De natura boni contra Manichaeos.

De octo quaestionibus ex Veteri Testamento. Octo sunt perbreves quaestiones, quas inter editas tum genuinas tum suppositititias invenire non licuit. Augustino facile abiudicandas censebunt viri docti; quum prae ceteris quaestio posita sub num. VII. quae versatur circa illa verba Deuteronomii XXV. 5. *Si autem habitaverint fratres in unum, & mortuus fuerit unus ex eis, semen autem &c.* omnino diversa sit a quaestione Augustini in ipsa verba, edita T.III. P.I. pag. 572. num. XLVI.

De utilitate credendi ad Honoratum.

De incarnatione Verbi ad Ianuarium libri duo.

De essentia Divinitatis.

* De oratione. Incipit: *Evangelica praecepta, fratres carissimi.* Interseritur Oratio Dominica.

* De Fide SS. Trinitatis. Opus in partes duas divisum est. Vtraque pars capitibus XIII. constat. Initium Prologi: *Quamvis in exilii aerumnosam caecitatem.*

De fide rerum quae non videntur. In Codice titulus est: de fide rerum visibilium.

De patientia.

De singularitate Clericorum. Init. *Proximam quidem vobis ante tempus epistolam, filii carissimi, quae omnium morum instituta &c.* Origeni, Augustino, & Cypriano tractatus perperam adscribitur.

De Fide. Init. *Audi ergo iam fidem meam. Potens est misericordia Domini Dei nostri.* Pars est epistolae ad Pascentium, scilicet a capitulo 10. ad 26. T. II. pag. 860. & seqq.

De visitatione infirmorum. Exstat in edit. T. VI. App. pag. 254. incerto auctore.

De decem plagis, & decem praeceptis Domini nostri Iesu Christi. Breve opusculum incipit: *Non sine caussa est, fratres dilectissimi, quod praeceptorum Dei numerus cum numero plagarum, quibus Aegyptus percutitur, exaequari videtur.* T. V. P. I. pag. 41.

Enchiridion ad Laurentium de Fide, Spe, & Caritate.

De disciplina Christiana.

In calce opusculi nota legitur:

Franciscus de Vgolinis, presbyter de Colle Vallis Elsae scripsit. Anno Domini MCCCCLXXI. *de mense Septembris.*

De timore Domini. Init. *Divinarum Scripturarum multiplicem abundantiam*. Est sermo CCCL. T.V. P.II. pag. 1348.

De Fide. Est CCCXLVI. T.V. P.II. pag. 1338.

De timore Dei sermones II. ut in edit. T.V. P.II. pag. 1340.

Epistolae ad Romanos inchoata Expositio.

Exhortationum liber ad quendam Comitem sibi carissimum. Exstat T.VI. pag. 193. PAVLINO Aquileiensi restitutus.

Catholicae Fidei liber. Init. *Adesto mihi verum lumen Deus Pater omnipotens*. In edit. T.VI. App. pag. 146. sub titulo Speculi.

Subsequitur Oratio S. Augustini: *Obsecro itaque Domine*. &c.

CODEX LXIX. Bess.

in folio, membranaceus, foliorum 299.
saeculi XV.

S. AVGVSTINI Sermones, in tres Partes distributi.

Sermonibus, qui maiori ex parte in T.V. edit. Ven. reperiuntur, numerum sub quo exstant in eadem edit. adposuimus; quos vero invenire non licuit asterisco signavimus.

PARS PRIMA.

De Cantico novo. T.VI. pag. 590.

De quarta feria, sive de cultura agri Dominici.

De cataclysmo.

De tempore barbarico. Tres praedicti sermones habentur T. VI. pag. 597. & seqq. inter dubios.

De praedicatione eiusdem diei. Init. *Quum in sacrarum voluminibus litterarum*. Sub alio titulo habetur T.X. in App. pag. 44. suspecto auctore.

* De benedictionibus Esau & Iacob. Init. *Quid est quod sub specie Esau benedicitur Iacob? Nisi sub figuris Veteris Testamenti promissa populo Iudaeorum pervenit benedictio spiritualis ad populum Christianorum*.

De luctatione Iacob. Est sermo V. T.V.

De eo quod apparuit Dominus Moysi in rubo. VI.

De Cantico Exodi: CCCLXIII.

De verbis Psalmi secundi: *Erudimini qui iudicatis terram*. Habitus ad mensam S. Cypriani. XIII.

De [14] versu Psalmi IX. *Tibi derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor*. XIV.

Super Psalmum 22. *Dominus regit me*. CCCLXVI.

De 8. versu Psalmi XXV. *Domine dilexi decorem domus tuae*. Habitus in regio-

regione III. in Basilica S. Petri Carthaginensi. XV.

De 14. versu Psalmi XXVI. *Sustine Dominum : viriliter age*. XL.

De versu 13. Psalmi XXIII. *Quis est homo qui vult vitam*. XVI.

De eodem versu. XVII.

De humilitate agendae poenitentiae, & de Psalmo L. CCCLII.

De versu 12. eiusdem Psalmi : *Cor mundum crea in me Deus*. XX.

De eo quod scriptum est in Psalmo LXIII. ver. 11. *Iocundabitur iustus in Domino*. XXI.

De versu 3. Psalmi XLIX. *Deus manifestus veniet*. XVIII.

De eodem versu. XVII.

De humilitate agendae poenitentiae & de Psalmo L. est sermo CCCLII. ut supra.

De versu 12. eiusdem Psalmi : *Cor mundum crea in me Deus*. XX.

De eo quod scriptum est in Psalmo LXIII. ver. 11. *Iocundabitur iustus in Domino*. XXI. Iterum.

De versu 3. Psalmi LXVII. *Sicut deficit fumus deficiant*. XXII.

De versu 2. Psalmi LXXXII. *Deus quis similis tibi?* XXIV.

De sacrificio vespertino. CCCXLII.

De iudicio Salomonis inter duas mulieres. X.

De verbis Michaeae Prophetae, cap. 6. *Quid dignum offeram Domino*. XLVIII.

De eadem re. Habitus ad mensam S. Cypriani in die Dominico. XLIX.

De eo quod dicit Isaia, cap. 1. *Quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum*, & de cap. Evangelii Lucae 5. 37. 38. *Remittite & remittetur vobis*. XLII.

De pastoribus. XLVI. Initium aliquantum ab editis discrepat.

De ovibus Christi in Ezechiel cap. 34. XLVII.

De eo quod scriptum est in Aggaeo Propheta, 2. 9. *Meum est aurum, & meum est argentum*. Pars est sermonis L. a capite scilicet 2. ad 6.

De eo quod scriptum est in Proverbiis Salomonis, 9. 12. *Si sapiens fueris tibi, & proximis tuis eris; si autem malus evaseris, solus hauries mala*. XXXV.

De eo quod scriptum est in Proverbiis Salomonis, 13. 7. *Sunt qui se divites affectant, nihil habentes; & sunt qui se humiliant, quum sint divites. Redemtio animae viri divitiae eius; pauper autem non suffert minas*. XXXVI.

De lectione Proverbiorum, 31. 10. *Mulierem fortem quis inveniet?* &c. XXXVII.

De eo quod scriptum est [Ecclesiastici 5.] *Ne tardes converti ad Dominum*. XXXIX.

De eo quod scriptum est in Ecclesiastico 22. *Fidem posside cum proximo in paupertate ipsius; ut bonis eius perfruaris*. XLI.

De eo quod scriptum est in Ecclesiastico : *Concordia fratrum & amor*

M pro-

proximorum. CCCLIX.

De amore Dei & proximi. CCCXLIV.

De eadem re. CCCXLIX.

De eadem re. CCCLXXXV.

De pace & caritate. CCCLVIII.

De laude pacis. CCCLVII.

* De gratia Dei. Incip. *Lectionibus tantis sermonibusque divinis, &, quod est praecipuum, gratia sua aedificet Dominus cor vestrum; ut, quod verum auditis, non audiatis ad iudicium, sed ad praemium.*

De timore Dei CCCXLVIII.

De tribulationibus, & pressuris mundi. Init. *Quotiescunque pressurae seu tribulationis aliquid patimur, admonitiones sunt & simul correptiones nostri; nam & ipsae sanctae litterae nostrae non nobis promittunt pacem, securitatem, & quietem; sed tribulationes, pressuras, scandala.*

De lapsu mundi & avaritia. LX. sub alio titulo.

De continentia & subsistentia. XXXVIII.

De generalitate eleemosynarum. T. VI. pag. 300. in Appendice.

De Baptismo parvulorum contra Pelagianos. CCXCIV. T. V.

De eo quod Christus in Scripturis Sanctis tribus modis intelligitur. CCCXLI.

Ad vigilias Maximiani de quodam Donatista, qui reversus est ad Ecclesiam. CCCLX.

B. MAXIMIANI Sermo in traditione Symboli. Init. *Quum apud patres nostros.*

De vanitate saeculi. Exstat T. VI. pag. 292. in App. Includuntur & ea quae sunt ELIGII.

De persecutione Christiana. In App. T. VI. pag. 368.

De bono disciplinae. Exstat T. VI. in App. pag. 295. VALERIANO Gymolensi restitutus.

De versu 66. Psalmi CXVIII. Est sermo LV. in App. T. V.

PARS SECVNDA.

De Symbolo, seu de redditione Symboli. CCXV.

De Oratione Dominica ad competentes. LVI.

De quatuor virtutibus sanctae caritatis. CVI. in App.

De timore Domini. CCCXLVI. Vide editorum notam.

De laude caritatis. CCCL.

De fide, excerptus ex primo libro de doctrina Christiana. *Haec dicimus, & haec docemus.* Minime in primo libro de doctrina Christiana agitur de iis, quibus Sermo constat.

De disciplina Christiana. Exstat T. VI. pag. 58.

De decem chordis. IX.

De decem plagis & decem praeceptis. XXI. in App. T. V.

De bono latrone. CLIV. in App. Exſtat & in Bibliotheca Patrum ſub nomine EVSEBII.

De eo, quod nihil eſt gloria mundi. T.VI. pag. 367. in App.

De obedientia & humilitate. Exſtat T. VI. in App. pag. 297. veluti fragmentum incerti auctoris.

De dandis eleemoſynis. CCCLXXXIX. T. V.

De periurio. CLXXX.

Ad iuvenes. CCCXCI.

De timore Dei. CCCXLVII.

De periculis ſacerdotum. CCCLXXXVII. in App.

De poenitentia. CCCLI.

* De Adam. Init. *Nemo qui neſciat hominem a Deo plaſmatum, ut inſtrueretur prudentia: conſilio firmaretur: rationis capax divina prudentia redderetur.*

De Ioſeph. XLII. in App. CAESARIO tributus.

* De Paſcha. Init. *Haec eſt dies quam fecit Dominus, exultemus & laetemur in ea. Sicut Deo noſtro cantavimus, ita illo iuvante facimus.*

* De eodem. Init. *Non minus etiam nunc laetari debemus, qui heſterno laetati ſumus; licet enim praeterita tenebroſa nox intercesſerit*, &c.

De eodem. CCXXXV.

De eodem. CCXXXVI.

De eodem. CCXXXVIII.

* De eodem. Init. *Hoc quod videtis in altare Dei, etiam tranſacta nocte videtis.*

De eodem. CCLIX.

De eodem. CCLII. in App.

De Nativitate Domini. CXL. ſub alio titulo.

* De eadem. Incip. *De eo quod Evangeliſta dicit: In principio erat Verbum, & in Geneſi ſcriptum eſt: In principio fecit Deus caelum & terram.*

* De eadem. Init. *Conſulte & ſalubriter divina nobis eloquia recitantur, ut animae noſtrae paſcantur, fratres cariſſimi.*

* De eadem. Incip. *Audiſtis, fratres, quemadmodum nobis beatus Evangeliſta generationis Chriſti retulit Sacramentum.*

De apparitione Domini. CI.

De eadem. CC.

De Sancto Vincentio. CCLXXVII.

De eodem. CCLXXVI.

PARS TERTIA.

* De ſecundo Adventu Domini. Init. *Diem noviſſimum ſcimus venturum;*

utiliter autem scimus venturum.

De Incarnatione contra Iudaeos. T. VIII. pag. 29.

Sequitur excerptum ex libris de Civitate Dei de ortu Salvatoris.

De Nativitate Domini. CLXXXVII.
De eadem. CXVII. in App.
De eadem. CLXXXVIII.
De eadem. CXCVI.
* De eadem. Init. *Primus homo, quo cadente omnes cecidimus: cuius ruina est mortalis nostra.*
De eadem. CXCI.
De eadem. CLXXXVI.
De eadem. CCCLXIX.
De eadem. CXCIII.
De eadem. CLXXXIV.
De eadem. CXC.
De eadem. CLXXXV.
* De eadem. Init. *Angelorum voce, per quam Dominus Iesus Christus natus Virginis partu pastoribus nuntiatus est.*
De consonantia Evangelistarum, Matthaei & Lucae in generatione Domini. LI.
De Natali S. Stephani. Est tantum caput I. Sermonis CCX. in App.
De eodem. CCXV. in App.
De eodem. CCCXVII.
De eodem. CCXII.
De eodem. CCCXV.
De eodem. CCCXVI.
De Calendis Ianuariis. CXXIX. in App. Vide quid notaverint editores.
De Epiphania. CXXXI. in App.
De eadem. CCCLXXIII.
De eadem. CCI.
De eadem. CXXXII.
De eadem. CCII.
De eadem. CCCLXXV.
De eadem. CCCLXXIV.
* In Natali plurimorum Martyrum. CCCXXXI.
* De eodem. Init. *Modo, fratres, divina lectio, quam legere audivimus: qui amat animam suam perdet illam.*
In Natali Beatae Agnetis, & aliorum martyrum. CCLXXIII. sub diverso titulo.
In Natali Beati Vincentii. CCLXXIV.
De eodem. CCLXXV.

In

In Converſione S. Pauli Apoſtoli. CCLXXIX.
In Cathedra S. Petri Apoſtoli. CXC. in App.
De eadem CXCI. in App.
In natali Sanctarum Perpetuae & Felicitatis. CCLXXX.
De eodem. CCLXXXI.
De eodem. CCLXXXII.
In natali unius Confeſſoris. CVIII. ſub alio tit.
De Abraam vel immolatione. Iſaac. II.
De Quadrageſima. CCV.
De Dominica ſecunda Quadrageſimae CCVI.
* De eadem. Incip. *Moyſes quadraginta diebus & noctibus in heremo ieiunavit; ut legem Dei mereretur accipere.*
De eadem. CLXXV. in App. ſub titulo de Letania III.
De Sancto Helia. XI.
Feria quarta. CCVII.
Feria quinta. CCVII.
Feria ſexta. CCIX.
Sabbato. CCX.
Ad coniugatos. CCCXCII. Deeſt caput primum.
De decem plagis & decem praeceptis. VIII.
De Dominica v. Quadrageſimae. CCXI.
De traditione ſymboli. CCXII.
Feria tertia, ſive de Oratione Dominica ad competentes.
De eo quod ſcriptum eſt: *Aſcendet ſicut virgultum*. Iſaiae 53. XLIV.
In Paraſceve. CCXVIII.
In vigiliis Paſchae. CCXIX.
De eiſdem. CCXX.
De eiſdem. CCXXI.
De eiſdem. CCXXII.
De eiſdem. CCXXIII.
De Sancto Paſcha CCXXVI.
De Sacramentis habitis die ſancto Paſchae. CCXXVII.
De eadem re. CCXXXIII.
De eadem re. CCXXXI.
* De eadem re. Init. *Sollemniter leguntur Evangelicae lectiones ad Reſurrectionem Domini pertinentes; omnes enim Evangeliſtae quatuor, neque de paſſione, neque de reſurrectione eius tacere poterunt.*
Feria ſecunda Paſchae. CCXLI.
De eadem die. CCXXXII.
De eadem die. CCXXXIV.
Feria tertia Paſchae. CXVI.
De eadem die. CCXXXVII.
De eadem die. CCXLII.

N Fe-

Feria quarta Paſchae. CCXLIII.
De eadem die. CCXLVI.
De eadem die. CCXLIV.
Feria ſexta de *Alleluia*. CCLVI.
De eadem. CCXLIX.
De eadem. CCL.
De eadem. CCLI.
De Sabbato Paſchae. CXLVII.
De eadem die. CCLIII.
* De Reſurrectione Domini. Init. *Reſurrectionis Dominicae veneranda ſollemnitas cunctis hodie per orbem glorioſa reſplenduit.*
De Dominica in albis. CCCLIII.
De eadem die. Init. *Ad omnes quidem pertinet ſermo, quos cura noſtra complectitur.*
In die Adſcenſionis Domini. CCLXV.
De eodem. CCLXIII.
De eodem. Incip. *Et quando de cruce noſtra proceſſit oratio, foris civitatem ſollemnitatem celebravimus.*
In die Pentecoſtes. CLXXXIII. in App.
De eodem. CCLXX.
De eodem. CCCLXXVIII.
De eodem. CCLXVIII.
De eodem. CCLXIX.
In Nativitate S. Ioannis Baptiſtae. CCLXXXVIII.
De eadem. CCXCII.
De eadem. CCXCIII.
* De eadem. Init. *Omnibus ſanum ſapientibus liquet, quod quietis & parva vox ſufficere poteſt.*
De eadem. CCLXXXIX.
De eadem. CCXCI.
De eadem. CCCLXXIX.
* De eadem. Incip. *Quum & Patriarchas, & Prophetas, & univerſos denique ſanctos, qui ſub antiqua lege vixerunt, Eccleſia Chriſti ſancto honore veneretur.*
* De eadem. Init. *Beati Ioannis Baptiſtae oſtendunt; nullius quippe ſancti praeter ipſius celebrat Eccleſia diem, quo carnem aſſumſit.*
* De eadem. Incip. *Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia: vox Domini humanae ſapientiae conterens cedros.*
* De eadem. Init. *Perſuaſum habet hactenus error dubiae vetuſtatis, religionem divinam ſuperſtitionibus fingere &c.*
In natali Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum. CCV. in App.
* De eodem. Incip. *Fortis & humilis, maximus & minimus, princeps & noviſſimus; Petrus ſcilicet & Paulus facti ſunt meritorum aequalitate conſortes.*

De

De eodem. CXLVII. Idem qui ſupra ſub titulo de Sabbato Paſchae.

De eodem. CCXCVI.

De eodem. CCXCVII.

De eodem. CCXCV.

De eodem. CCCLXXXI.

De eodem. CCXCVIII.

In Sermone Maccabaeorum. CCC.

De eodem. CCCI.

In inventione S. Stephani protomartyris. CCCXVIII.

De miraculis S. Stephani, excerptus ex libro de civitate Dei.

In die S. Laurentii martyris. CCCII.

De eodem. CCCV.

De eodem. CCCIV.

* De eodem. Init. *Inter laurigeros confeſſores, & quos ad caelum pervexit perennis gloria.*

In Adſumptione Beatae Mariae Virginis. CCVIII.

In natali martyrum Maſſae candidae. CCCVI.

In decollatione S. Ioannis Baptiſtae. CCCVII.

De eodem. CCCVIII.

In natali S. Cypriani martyris. CCCX.

De eodem. CCCXI.

De eodem. CCCXIII.

De eodem. CCCXII.

* In nativitate plurimorum Martyrum. Init. *Memoriam martyrum admiremur. Audiſtis quod Dominus in Evangelio: Ecce ego mitto vos ſicut agnos &c.*

De eadem. CCCXXXII.

De eadem. CCLXXXV.

De eadem. CCCXXXV.

De eadem. CCCXXX.

De eadem. LXV.

* De eadem. Incip. *Per tanta glorioſa Sanctorum Martyrum geſta, quibus undique floret Eccleſia.*

De eadem. CCCXXXIII.

In natali unius Martyris. CCCXXVII.

In nativitate plurimorum Martyrum. CCCXXXIV.

De eadem. CCLXXXIII.

De celebritate defunctorum, & reſurrectione eorum. CLXXII.

De eadem CLXXIII.

In die ordinationis ſuae. CCCXXXIX.

De eodem. CCCLXXXIII.

De eodem. CCCXL.

N 2 In

In natali plurimorum Martyrum. CCCXXV.

In natali S. Victoriae Martyris. Incip. *Refulget & praeeminenti*. Per multas periodos idem est sermo ac ille, qui est secundus de SS. Perpetua & Felicitate, sub num. CCLXXXI. ubi vero gesta Victoriae describuntur, disconvenit, & alius est usque in finem.

In natali plurimorum Martyrum. CCCXXVI.

In dedicatione Ecclesiae CCCXXXVII.

De eadem. CCCXXXVI.

De eadem. CCCXXXVIII.

CODEX LXX. Beß.

in folio, membranaceus, foliorum 291.

S. AVGVSTINI

Epistolae CCXXX. Omnes inter editas. His interferuntur.

Fol. 103. Epistola, sive liber de perfectione iustitiae hominis, quae in edit. exstat T. X. pag. 167.

Fol. 213. Explanatio fidei S. HIERONYMI ad Augustinum & Alypium. Exstat & inter opera S. Hieronymi.

Fol. 221. Consultatio & disputatio inter Augustinum & Hieronymum de origine animae, collecta ex ipsorum dictis per modum dialogi. Miscetur operibus Hieronymi incerto auctore.

SERMONES.

De eo quod scriptum est in Psalmo [XXXIII. 13.] *Quis est homo qui vult vitam, & diligit videre dies bonos?* Est sermo in edit. XVI. T. V.

Contra detractores de versu Psalmi [XLIX. 10.] *Sedens adversus fratrem tuum detrahebas*. Est sermo LIII. in App. T. V.

De eo quod ait Apostolus [Ephes. 3. 18.] *Vt sciatis quae sit altitudo, latitudo, longitudo, & profundum*. Init. *Qui enim cognovit, inquit*. Sensus brevis sermonis idem est ac in capite 5. Tractatus CXVIII. in Evang. Ioannis.

De verbis Evangelii Lucae 16. *Facite vobis inimicos de mammona iniquitatis*. Est sermo CXIII. Lacuna non exigua in Codice apparet.

De eo quod Ioannes Apostolus ait [Mar. 3. 15.] *Qui odit fratrem suum homicida est*. Est sermo CCCLXXXVII.

De eo quod Dominus ait [Matth. 5. 44.] *Diligite inimicos vestros*. Est CCLXXI. in Appendice.

De eo quod scriptum est in Esaia [58.1.] *Clama ne cesses*. Est CCLXXXVII. in App.

VIII.

De eo quod Apostolus ait [1. Timoth. 6. 10.] *Radix omnium malorum est cupiditas*. Auctor est S. CAESARIUS in App. T. V. sub num. LXX.

* De eo quod scriptum est : *Beatus vir, qui post aurum non abiit*. Init. *In Scripturis divinis legimus, fratres carissimi, quod beatus sit &c.*

De verbis Apostoli [Ephes. 5. 15.] *Videte quomodo caute ambuletis, &c.* Est sermo CXI. in App.

De eo quod ait Psalmista : *Exspecta Dominum, viriliter age*. Est XL. T. V. P. I.

De eo quod Iacobus Apostolus ait [5. 16.] *Confitemini ad alterutrum peccata vestra*. CAESARIO inscribitur sub num. CCLIII. in App.

De eo quod scriptum est : *Ne tardes converti ad Dominum, &c.* Est sermo XXXIX. T. V.

De martyribus, quibus ait Dominus : *Capillus de capite vestro non peribit*. Est sermo CCCXXXIII.

De eo quod dicturus est Dominus : *Infirmus fui, & non visitastis me*. Est CV. in App.

De Resurrectione Domini, & *Alleluia*. Est sermo CCLII. sub alio titulo.

* De gratia Dei. Init. *Secundum vas electionis confessionem*.

De Elia & patientia Iob. Est sermo XI.

De eleemosynis faciendis. Est CCCLXXXVIII.

De die octavo infantium. Est CCCLIII.

* De Psalmo L. & de peccato David. Init. *Quotiescunque, fratres carissimi, aliquos ex filiis vestris*.

* De Evangelio, in quo dicit Dominus : *Esto consentiens adversario tuo*. Init. *Modo, quum Evangelium legeretur, audivimus Dominum eos arguentem*.

De Simone Pharisaeo, & de muliere, quae lacrymis rigavit pedes Domini. Est sermo XCIX.

De sollemni die ordinationis. Est CCCLXXXIII.

De eadem re. Est CCCXXXIX.

Admonitio ut silentium in Ecclesia sit. Auctor in edit. CAESARIUS indicatur, scilicet in App. num. XCV. sub titulo : Qualiter accipiendum Dei verbum est.

De tribus modis poenitentiae. Est sermo CCCLI.

De arbore fici, & de muliere curva. Est CX. In Codice deficiunt primae quatuor lineae. Prima verba : *Arbor ficulnea*.

De Psalmo XLVI. [melius XLIX.] *Deus manifestus veniet*. Est sermo XVIII.

De eo quod ait in Evangelio : *Dimittite & dimittetur vobis*. Est XLII. sub alio titulo.

O De

De eo quod Dominus dicit [Aggaei 2. 9.] *Meum est aurum & argentum*. Est L.

De David & Golia. Init. *Golias unus ex allophyllis*. Est pars Homiliae XXXII. in Psalm. CXLIII. videlicet, capita III. IV. & V. integra, & fragmentum VII.

De lectione Evangelii [Matth. 14. 24.] *Petrus ambulabat super aquas*. Est sermo LXXII.

De eo quod scriptum est in Psalmo: *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum*. Inter suppositos T. V. in App. pag. 100.

De eo quod Dominus dicit in Evang. [Ioannis] *Ego sum via veritas & vita*. Est sermo CXLII.

Quod Christianorum tempora praedicta sunt & praefigurata. Est CCCXV.

De eo quod dicit Propheta [Isaias 53.] *Ascendit sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti*. Est XLIV.

De eo quod scriptum est [Ioann. 12. 15.] *Qui amat animam suam perdet illam*. Est CCCLXVIII.

De amore hominis in hominem, & de perfecta caritate. Est CCCLXXXV.

De misericordia in pauperes facienda. In App. est sermo CCCXI.

De diebus Quadragesimae. Est sermo CCXI.

De poenitentia. Est CCCXCIII.

De Oratione Dominica. Est LVIII.

De caeco nato. Est CXXXV.

De Natale S. Ioannis Baptistae. Est sermo CCXC.

De grandi vase, quod in excessu mentis ostensum est Petro, in quo erant quadrupedia [Act. 10.] Est sermo CI. in App.

De eo quod Psalmista dicit. [Psalm. 135.] *Confitemini Domino quoniam bonus*. Est LVI. in App.

De eleemosynis faciendis. Est CCCX. in App.

De divite, cuius ager uberes fructus adtulit. Est LXXXVI. in App.

De muliere curva, quam Dominus sanavit. Est sermo CCCXCII.

CODEX LXXI. *Bess.*

in 8. *membranaceus*, *foliorum* 177.

S. AVGVSTINI

De Musica libri VI. Initio & fine pauca desiderantur.

De

De immortalitate animae liber. In Codice inscribitur: *Libellus de anima qui S. Augustino adscribitur doctorum maximo.*

CODEX LXXII. *Bess.*

in 4. *membranaceus*, *foliorum* 23.
saeculi XV.

S. AVGVSTINI

Manuale. In Codice inscribitur: *Liber Contemplationis Beati Augustini de spe habenda in Christo*. Desinit in cap. XXIV. Vide admonitionem in edit. T. VI. App. pag. 135.

De cognitione sui ipsius. In edit. De spiritu & anima. De auctore videnda admonitio Tomo praedicto in App. pag. 34.

Nota in fine.

Anno Domini nostri Iesu Christi 1432. 2. *Iunii*.

CODEX LXXIII. *Bess.*

in 4. *membranaceus*, *foliorum* 78.
saeculi XV.

FLORES, sive Conclusiones ex libris S. AVGVSTINI de Trinitate: Init. *Flores B. Augustini in libro de Trinitate per veritates ecclesiasticas enunciati sic colliguntur: Prima veritas est &c.*

CODEX LXXIV.

in 4. *chartaceus*, *foliorum* 89.
saeculi circiter XIV.

S. AVGVSTINI Soliloquiorum liber unus, ut in App. T. VI. pag. 85. & seqq.

S. BONAVENTVRAE Card. Stimulus amoris. Opusculum ab edito discrepat.

CONTEMPLATIO Passionis Dominicae per septem horas diei, sine nomine auctoris. Init. *Septies in die laudem tibi dixi.*

Sequitur tractatus de interiori domo, seu conscientia aedificanda, qui inseritur operibus S. BERNARDI Vol. II. p. 335. In Codice ad caput XII. tantum exstenditur, & alia pauca sequuntur, quae in editis non exstant.

Deinceps habentur Sermones aliquot Bernardo Abbati tributi, de laudibus praecipue B. Mariae Virg. Continentur & colloquia eiusdem B. Mariae ad B. Bernardum, precationes & alia huiusmodi, quae in edit. Mabillonii non vidimus, & inter adscititia forsitan reponenda sunt.

LOTHARII Cardinalis Sanctorum Sergii & Bacchi [qui postea fuit INNOCENTIVS III.] De miseria conditionis humanae liber.

CODEX LXXV. Rec.

in fol. membranaceus, foliorum 146.
saeculi XV.

M. AVR. CASSIODORI De Anima liber. Deest fere omnis Praefatio.

S. AVGVSTINI De GENESI ad litteram libri XII.

CODEX LXXVI. Rec.

in 4. min. membranaceus, foliorum 176.
saeculi circiter XV.

S. IO. CHRYSOSTOMI Opuscula quaedam latine versa.

De reparatione hominis lapsi: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum.*

De compunctione cordis ad Demetrium libri duo: *Quum te intueor, B. Demetri, frequenter insistentem.*

Sermo qui inscribitur: quod nemo laeditur nisi a seipso: *Scio quod crassioribus.*

Sermo de poenitentia: *Provida mente & profundo cogitatu.*

Ad Cyriacum Episcopum in exilio constitutum, dum & ipse erat in exilio, Epistola consolatoria e graeco in latinum traducta a LEODRYSIO CRIBELLO.

A fol. 84. usque ad 101. interseruntur Sermones sive Homiliae aliquot, quae titulo carent, & nullo ordine, & non exigua negligentia, qua Codex undique scatet, descriptae sunt. Vbi vero hae desinunt incipit Chrysostomi Vita a PALLADIO graece conscripta, a D. AMBROSIO latinitate donata, & Eugenio summo Pontifici nuncupata.

CO-

CODEX LXXVII. *Rec.*

in 8. *chartaceus*, *foliorum* 371.
saeculi circiter XIV.

IO. CASSIANI Collationes Sacrorum Patrum.
Fol. 365. ver. Habetur Homilia ORIGENIS in illud Evangelii: *Quum esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph*, cuius init. *Quae fuit necessitas*, & fol. 370. S. BERNARDI sermo XLIII. in Cantica.

CODEX LXXVIII. *Rec.*

in folio, *membranaceus*, *foliorum* 137.
saeculi circiter XV.

IO. CASSIANI AEgyptiorum Monachorum instituta.

CODEX LXXIX. *Bess.*

in 4. *membranaceus*, *foliorum* 270.
saeculi XV.

S. LEONIS Papae Epistolae omnes, & aliorum ad Leonem. Nota Epistolam missam Doro Episcopo in Codice ad Cap. IV. tantum extendi.

SERMONES.

In Anniversf. die Adsumptionis.
De collectis.
De ieiunio decimi mensis.
In solemnitate Nativitatis Domini nostri Iesu Christi.
In solemnitate Epiphaniae.
De Quadragesima.
Homilia de Transfiguratione Domini.
De Passione Domini.
De Ressurrectione.
De Ascensione.
De Pentecoste.
In nativitate SS. Petri & Pauli.
In octava eorundem.
In nativitate S. Laurentii.

De ieiunio ſeptimi menſis.

Homilia in illud : *Videns turbas Ieſus aſcendit in montem.*

Contra haereſim Eutychetis. Sermo habitus Romae in Baſilica S. Anaſtaſiae.

CODEX LXXX. *Cont.*

in 4. chartaceus, foliorum 56.
ſaeculi circiter XIV.

S. CAESARII Arelatenſis Epiſcopi ad Monachos Homiliae XVII.

I. Vt Sacerdotes praedicationi inſiſtant. In Bibl. PP. Lugd. T. VIII. eſt Homilia XXVI.

II. Sine titulo. Incip. *Sicut a nobis Dominus.* In eadem Bibl. eſt XXVII.

III. *Ad locum hunc cariſſimi.* Eſt XXVIII.

IV. *Scimus quidem.* Eſt XXIX.

V. *Fratres cariſſimi.* Eſt XXX.

VI. *Videte vocationem.* Eſt XXXI.

VII. *Sanctus & venerabilis.* Eſt XVIII.

VIII. *Quod ſupplicante.* Eſt XXXII.

IX. *Miror, fratres dilectiſſimi.* Eſt XXV.

X. *Sanctus & venerabilis pater veſter dum ſe.* Eſt XXXVI.

XI. Admonitio, orandum eſſe attente, & de ſermonibus otioſis : *Licet multis rebus, fratres cariſſimi, nos, Deo propitiante, converſatio veſtra laetificet.* In edit. *Licet in multis rebus [fratres cariſſimi] nos, Deo propitio, veſtra operatio laetificet.* Eſt XXXIII.

XII. *Diligenter attenditis.* In edit. *Si diligenter attenditis*, & eſt XXXV.

XIII. *Inſtruit nos atque hortatur ſermo divinus, fratres cariſſimi, quod nos accingere debeamus ad inquirenda promiſſa ſua, & obtinenda illa bona ſua, quae nec viſu capi : nec auditu percipi : nec cogitatu comprehendi poſſunt.* Eſt Homilia III. ad Monachos EVSEBII Ep. Gallicani T. VIII. pag. 657. praedictae Bibl. PP. Et in eadem T. VIII. pag. 545. exſtat etiam ſub nomine FAVSTI Rhegienſis Ep.

XIV. *Fidelium exhortatores animarum miniſtri ſunt caeleſtium praeceptorum, dicente Domino : Qui vos audit me audit.* Sermo hic EVSEBIO Ep. Gallicano tribuitur T. V. pag. 674. praelaudatae Bibl. ſub titulo : Sermo caſtigatorius, in quo obedientiae fructuoſae arbori comparantur.

XV. Eſt Exhortatio ad tenendam & cuſtodiendam caritatem. T. VIII. pag. 861. Incip. *Quod vobis verae.*

XVI. *Admonet nos per prophetam, fratres cariſſimi, ſermo divinus dicens: Vo-*

Vovete & reddite Domino Deo vestro; quisque ergo quod potest voveat & reddat. Hanc in Bibliotheca non vidimus.

XVII. *Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in unum, idest, divini amoris eodem quasi consensu, & sub eadem fide, & religione viventes.* Est Exhortatio de Deo uno & trino EUSEBIO Ep. Gallicano tributa. T. VIII. pag. *668*.

CODEX LXXXI.

in 8. membranaceus, foliorum 96.
saeculi circiter XIV.

S. IOANNIS CLIMACI Scala Paradisi, anonymo interprete. Sequitur & Epistola ad Pastorem.

CODEX LXXXII. *Bess.*

in 4. chartaceus, foliorum 177.
saeculi circiter XV.

S. GREGORII Papae Epistolae CCXCV.

PASSIO S. Petri Alexandr. Praesulis. VII. Kal. Decembr. Initium: *Regnante impio & iniquo Diocletiano.*

In fine sic legitur:

Anno Domini MCCCCLXVIII. ...... finitus inclytissimo Domino Bessarioni Card. Nic. per me Theodericum Vulf de Lubec. in Curia habitationis Domini eiusdem.

CODEX LXXXIII.

in 4. min. membranaceus, foliorum 30.
saeculi circiter XV.

S. IOANNIS DAMASCENI Orthodoxae Fidei accurata Expositio, a BURGUNDIONE Iudice & Cive Pisano latine reddita. Opus in centum capita distributum est, sine ulla librorum divisione. Ceterum versionem hanc hactenus ineditam exstare, dum scriberet, notat Fabricius Bibl. Gr. T. VIII. pag. 780. Initium habes:

Deum nemo vidit unquam. Unigenitus Dei Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit. Ineffabilis igitur est Deus & incomprehensibilis.

CODEX LXXXIV. Besf.

in 4. *chartaceus*, *foliorum* 140.
saeculi circiter XV.

IVONIS Episcopi Carnotensis Epistolae LXXXVIII. omnes editae.

Ad Epistolam, quae in edit. Paris. 1610. XVII. est, & cui missa sit non apparet, Codex habet: *Waloni cum ceteris fratribus*.

HILDEBERTI Episcopi Coenomanensis & Archiep. Turonensis Epistolae LXVIII. quae in edit. priores sunt.

Inter has, fol. scilicet 107. ver. & 122. ver. Hildeberti eiusdem habetur Prosa de Natali Domini, & fol. 123. Sermo Synodicus ad Pastores.

Animadvertendum Epistolam, quae in edit. exstat sub num. LXIII. in Cod. non Hildeberto tribui, sed Ivoni.

CODEX LXXXV.

in 4. *partim chartaceus*, *partim membranaceus*, *foliorum* 98.
saeculi circiter XIV.

S. BERNARDI Abbatis Sermones varii, seu potius S. Bernardo in Codice nostro tributi.

Ex his nonnulli sub diversis nominibus, ut notatum invenies, exstant in ornatissima S. Bernardi Parisiensi editione MDCLXXXX. Ceteros in ea non vidimus; ideoque & asteriscum adposuimus, & longiora, quasi ad specimen, exscripsimus initia.

* In Evangelium: Ante sex dies Paschae sciens Iesus &c. Init. *Reminiscens beati Sanguinis, quem profudit amator hominis, profundo lacrymas. Non est locus ingratitudinis ubi torrens tantae dulcedinis &c.*

De verbis Domini in ultima Coena Sermones XV. Exstant Vol. II. editionis praedictae, & auctorem praeferunt B. OGERIUM Abbatem Lucedii Ordinis Cisterciensis.

* In die Paschatis Sermones IV.

Primus incipit: Maria Magdalenae & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum. *Istae tres mulieres significant tres virtutes, quarum prima est cognitio peccati: secunda inimicitia vel odium eius: tertia satisfactio operis.*

Secundus: Maria Magdalenae &c. *Istae tres mulieres significant tres virtutes, Fidem, Spem, & Caritatem, quae offerunt tria unguenta. Primum unguentum est poenitentia: secundum misericordia: tertium gratiarum actio.*

Tertius: *Sacramentum hodiernae festivitatis, fratres carissimi, admirabilis,*

&

& venerabilis, gloriosae, &, ut ita dicam, gaudiosae Dominicae Resurrectionis: nec non & gentium vocationis, sed & Iudaeorum reprobationis, sapientissimus ille sapientium Salomon brevi sermone comprehendit, dicens: Florebit amigdalus, & impinguabitur locusta &c.

Quartus: Egredimini filiae Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua. *Filiae Sion, scilicet, animae sanctae multa habent obstacula, si voluerint videre regem Salomonem. Obsistunt eis generaliter omnia vitia & peccata, & Daemonum tentationes, malae consuetudines, & mores malorum hominum. Ergo dilectissimi quia festivitas gloriosa, &c.*

* In Litaniis, sive Rogationibus. Incip. Bonus est Dominus sperantibus in eum, animae quaerenti illum. Bonum est praestolari salutare Dei. *Quum faciem Domini nostri semper quaerere debeamus, secundum illud Prophetae:* Quaerite faciem eius semper; *sunt tamen quidam dies specialiter ad Deum quaerendum & precandum nobis propositi, qui dies Litaniarum dicuntur, idest Rogationum.*

* In Adscensione Domini Sermones III.

Primus incipit: Laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. *Attendite fratres Monachum affectu non habitu. Laetatus sum, inquiebat, non in forma corporis, non in pulcritudine coniugis, non in vasis aureis & argenteis, non in corona regni, non in multitudine populi, non denique in omni gloria mundi; nam in his omnibus renuebat consolari anima eius.*

Secundus inscribitur: De corde humili, mediocri, & sublimi. Incipit: Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. *Adscensio Domini est festivitas clara & solemnis, honoranda plane & adoranda; in qua Salvator noster limum carnis nostrae caelestibus intulit officinis.*

Tertius incipit: *Hodie victoria Christi completa est: hodie triumphalia vexilla eriguntur. De spoliatione sua dolet cum principe suo Tartarus: de restauratione damni sui gaudet caelestis exercitus.*

* De Sanctissima Trinitate. Initium: *Christianae fidei bonum, fratres carissimi, caritati vestrae ante omnia solliciti commendamus. Fides est principium, & est basis omnium, tam virtutum, quam bonorum operum; dicente propheta:* Omnia opera eius in fide.

* In Festo Pentecostes Sermones III.

Primus incip. Spiritus Domini replevit orbem terrarum. *Hodie festivitas Spiritus est, & de spiritu in spiritu loquendum est; & maxime his qui percipere possunt quid sit spiritus Dei.*

Secundus: *Dies Pentecostes sacratus est in lege & in Evangelio. In lege quia die quinquagesimo a die .... AEgyptus spoliata est: lex in tabulis lapideis digito Dei scripta populo Dei in monte Sinai data est. In Evangelio, quia die quinquagesimo a die q.... infernus spoliatus est &c.*

Tertius: Quum complerentur dies Pentecostes, erant omnes disci-

Q puli

puli pariter in eodem loco. *Dies ista, cariſſimi, plena eſt gaudiorum, in qua Spiritus Sanctus, & largo inſolito munere credentium corda & vota perfudit.*

In Nativitate S. Ioannis Baptiſtae, de decem privilegiis. Incip. *Hodie, dilectiſſimi.* Habetur Vol. II. pag. 675. praedictae editionis Pariſienſis, quam vide.

In Feſto Sanctae Mariae Magdalenae. Init. *Hodie miſericordia.* Auctor eſt NICOLAUS Claraevallenſis, in edit. Vol. II. pag. 1046.

In Feſto S. Andreae Apoſtoli Sermones II.

Primus incip. *Beati Andreae feſtivitas.* Inter ſermones S. BERNARDI T. III. pag. 1063.

Secundus: *Et quia aequum ſtudium & attentum ſilentium.* Exſtat in edit. ſub nomine NICOLAI Claraevallenſis. Vol. II. pag. 714.

In Feſto S. Nicolai: *Nicolaus iſte meus.* NICOLAO Claraevallenſi praedicto in edit. tribuitur. Vol. II. pag. 718.

Contemplationum libellus. Incipit: *Quam vehementi amplexu amplexaſti me, o bone Ieſu; quoniam ſanguis exivit de corde tuo, & aqua de latere, anima de corpore.*

Fol. 86. ver. habetur Sermo de laudibus S. Bernardi ſine auctoris nomine. Incipit: *In laudem beatiſſimi Patris noſtri Bernardi, cuius hodie feſtivitas celebratur, loqui aliquid me amor provocat.* Hic in editione ſaepius memorata non reperitur.

CODEX LXXXVI. Rec.

in folio, membranaceus, foliorum 104.
ſaeculi circiter XIV.

RICHARDI S. Victoris

De Trinitate libri VI.

De ſtatu interioris hominis.

De poteſtate ligandi & ſolvendi.

De ſpiritu blaſphemiae.

De poteſtate iudiciaria.

Quomodo Pater & Filius diligunt ſe Spiritu Sancto.

De tribus appropriatis.

Expoſitio illorum verborum: *Expurgate vetus fermentum.* Inter declarationes ad B. Bernardum.

De Incarnatione Verbi. Opuſculum initio & fine mutilum eſt.

De differentia peccati mortalis & venialis.

Explicatio aliquorum paſſuum difficilium Apoſtoli.

De contemplatione libri V.

De duodecim Patriarchis, de ſtudio ſapientiae, &c. In editis, De prae-

praeparatione animi ad contemplationem, ſive Beniamin minor.

CODEX LXXXVII. *Beſs.*

in 4. *mai. chartaceus*, *foliorum* 89.
ſaeculi *XV.*

S. BONAVENTVRAE Card. Apologia Pauperum.

CODEX LXXXVIII. *Rec.*

in 8. *membranaceus*, *foliorum* 66.
ſaeculi circiter *XV.*

S. BERNARDINI Senenſis
De octo beatitudinibus.
De ſeptem donis Spiritus Sancti.
Adventuale de inſpirationibus.

Animadvertat lector notulas, quas in pluribus locis reperiet; quum enim ſint folia male conſuta, per illas rectam Codicis lectionem adſequetur.

Ex ſtemmate Grimanorum pileo Cardinalitio inſignito, & ex litteris initialibus D. G. arguitur, Codicem olim fuiſſe Dominici Card. Grimani.

CODEX LXXXIX. *Beſſ.*

in 4. *partim chartaceus*, *partim membranaceus*, *foliorum* 353.
ſaeculi *XV.*

F. BERNARDINI AQVILANI de Foſſa Ordinis Minorum Regularis Obſervantiae Centurio. Sermones nimirum C. ſunt in diverſas materias.

Primus eſt de gloria Paradiſi. Incip. *Sic currite ut comprehendatis* 1. *Cor.* 9.

Adiicitur in fine eiuſdem F. BERNARDINI Vita, cum ſequenti ſubſcriptione:

ANTONIVS FOSSANVS I. V. D. Beati abnepos.

Ex nota fol. 350. ver. poſita patet librum hunc completum fuiſſe in loco S. Nicolai prope Sulmonem. Anno MCCCCXXXVI. Die 26. menſis Septembris.

CODEX XC. Bess.

in 4. chartaceus, foliorum 121.
saeculi XV.

RODERICI [Sancii de Arevalo] Episcopi Zamorrensis & Calaguritani De remediis afflictae Ecclesiae ad Bessarionem Cardinalem. Init. *Cunctorum sapientum*. Exstare dicit opus MS. & in Bibliotheca S. Ioannis de Viridario auctor Biblioth. Pontif. lib. II.

CODEX XCI. Bess.

in 4. min. membranaceus, foliorum 120.
saeculi circiter XIV.

SERMONARIVS. Sermones nimirum plerique sunt in diversis Festis.

Fol. 1. haec habetur inscriptio:

Incipit opus LVDOVICI *de Sanctis & primo de S. Andrea:* Initium orationis *: Expandi manus meas tota die in cruce ad populum non credentem &c. Psal. XIV. Haec verba optime conveniunt Beato Andreae.*

Num hic est LVDOVICVS de Lyrano, aut alius LVDOVICVS Caesenas, quos Sermones de Sanctis scripsisse notat Wadingus?

CODEX XCII. Bess.

in 4. membranaceus, foliorum 305.
saeculi XV.

F. PETRI de Ordine Minorum Sermones. Init. *Dominica prima Adventus: Veniet desideratus.*

PETRVS de Saxonia, PETRVS Insulensis, & PETRVS AVREOLVS de Verberia, sive Vermeria inter auctores Sermonum de Tempore Ord. Min. a Wadingo memorantur.

CODEX XCIII. Bess.

in 12. membranaceus, foliorum 311.
saeculi circiter XIV.

SERMONARIVS ut in Codice superiori.

CO-

CODEX XCIV.

in 4. chartaceus, foliorum 291.
saeculi XV.

TESTIMONIORVM & Sententiarum Collectio ex SS. Patribus, ad usum fortasse Concionatoris, aut eiusmodi scriptoris, per titulos concinnata.


CODEX XCV. Bess.

in 8. partim chartaceus, partim membranaceus, foliorum 131.
saeculi circiter XV.

CONCORDANTIAE Figurales. Collectio nempe est diversarum sententiarum & exemplorum in diversas materias, ordine alphabetico dispositas. Prima est. *Abstinentia est corpori non obedire. Castigo corpus meum &c.*

Ex Epistola prooemiali praemissa ad Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini patet auctorem esse F. ANTONIVM RAPEGOLVM sive Rampegolum ex eodem Ordine.





Theologi.

CODEX XCVI. *Bess.*

in 4. membranaceus, foliorum 170.
saeculi circiter XV.

COMPENDIVM Theologicae Veritatis in VI. libros divisum absque auctoris nomine. Init. *Veritatis Theologicae sublimitas quum superni sit splendoris radius.*

Opus hoc saepius editum variis Scriptoribus tribuitur. Alii auctorem arbitrantur D. Thomam Aqu. alii B. Albertum M. alii D. Bonaventuram Card. alii AEgidium Rom. Sunt & qui dicunt scriptorem fuisse Ioannem de Combis. Wadingi sententia stat pro D. Bonaventura, aut pro AEgidio Rom.

In fine nota legitur:

Explicit Compendium Theologicae veritatis, scriptum per me Paulum de Sancta Margarita de Traiecto superiori, die ultima Augusti 1430.

CODEX XCVII. *Bess.*

in 4. mai. chartaceus, foliorum 89.
saeculi XV.

COMPENDIVM Theologicae Veritatis.

Vide Codicem Superiorem.

Fol. 143. ver. habetur Bulla Nicolai Papae ad Iacobum Archiepiscopum Trevirensem, in qua de variis circa regulam Fratrum Minorum cum eodem Archiep. conqueritur.

CO-

CODEX XCVIII. Bess.

in 4. mai. membranaceus, foliorum 234.
saeculi circiter XIV.

PETRI LOMBARDI Sententiarum libri IV.

CODEX XCIX. Bess.

in fol. min. membranaceus, foliorum 158.
saeculi circiter XV.

PETRI LOMBARDI Sententiarum libri IV.

CODEX C.

in 4. min. membranaceus, foliorum 282.
saeculi circiter XV.

QVAESTIONES in librum IV. Sententiarum.
Init. *Vnguentarius faciet pigmenta suavitatis, & unctiones conficiet sanitatis. Ecc. XXXIIII. In verbo isto diligentius considerato explicatur & commendatur materia quarti libri sententiarum ad nostram eruditionem.*

CODEX CI. Bess.

in 4. chartaceus, foliorum 140.
saeculi XV.

TABVLA in quatuor Sententiarum libros PETRI LOMBARDI.
Init. *Primo Magister agit de Beatae Trinitatis immensa natura.*

CODEX CII. Cont.

in 4. chartaceus, foliorum 146.
saeculi XVI.

ALEXANDRI MARANTAE in Quatuor libros Magistri Sententiarum.

CODEX CIII. *Bess.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 157.
saeculi circiter XIV.

F. DVRANDI a S. Porciano, Ordinis Praedicatorum in librum primum Sententiarum.

CODEX CIV. *Bess.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 196.
saeculi circiter XV.

F. DVRANDI a S. Porciano Ord. Praed. Lectura super III. & IV. lib. Sententiarum.

CODEX CV. *Bess.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 149.
saeculi circiter XIV.

F. ALEXANDRI ab Alexandria, olim ministri Generalis Ordinis Minorum, Expositio in primum Sententiarum librum.

CODEX CVI. *Bess.*

in fol. min. partim chartaceus, partim membranaceus, foliorum 96.
saeculi circiter XIV.

F. PETRI PHILARGI de Candia Ord. Min. qui fuit ALEXANDER Papa V. Quaestiones in primum Sententiarum librum.

Nota in fine habetur:

Expliciunt quaestiones super primo Sententiarum per Venerabilem Magistrum Petrum de Candia Ordinis Minorum in lectissima Parisiensi disputatione recitatae, completae scribi Bon....... per Fratrem Ioannem Georgium de Bono Ord. Min. in die gloriosi militis Beati Georgii.

Ego Frater Ioannes de Calathano provinciae Siciliae emi istam primam partem Reverendi Magistri Petri de Candia a Fratre Nicolao Bertuldi de Senis pretio sex ducatorum boni ponderis, in dicto conventu Senarum. Anno MCCCXC. *die* 18. *Iunii.*

Ego

Ego Frater Nicolaus supradictus vendidi istum librum praedicto Fratri, praedicto pretio, in cuius rei testimonium scripsi manu propria has litteras ad sui cautelam. Amen.

CODEX CVII. *Bess.*

in 4. membranaceus, foliorum 296.
saeculi XIV.

F. PETRI PHILARGI Quaestiones in II. Sententiarum.

Nota in fine legitur:

Explicit lectura super Sententias Venerabilis Magistri Fratris Petri de Candia Ordinis Minorum, anno Domini 1380. compillata tempore, quo Parisiis legebat sententias &c.

Iste liber est ad usum Fratris Ioannis de Calathageno Ordinis Minorum Sacrae Theologiae Professoris.

MSS. memorantur a Wadingo in variis Bibliothecis.

CODEX CVIII. *Bess.*

in fol. minori, partim chartaceus, partim membranaceus, foliorum 227.
saeculi circiter XIV.

F. FRANCISCI de MAIORONIS, sive MAYRONIS, Ord. Min. Conflatile in lib. Primum Sententiarum PETRI LOMBARDI.

CODEX CIX. *Bess.*

in fol. membranaceus, foliorum 218.
saeculi XV.

IOANNIS DUNS Scoti Expositio in quartum Sententiarum.

Habetur in fine subsequens nota.

Expliciunt quaestiones Magistri Ioannis Duns Scoti de Ordine Fratrum Minorum super quartum Sententiarum. Istius libri domino succedat ut opto. Scriptum per Fratrem Helffericum de Babenhusen Ordinis praedicti. 1461. die 16. Mensis Iunii.

CODEX CX.

in fol. membranaceus, foliorum 264.
saeculi circiter XV.

S. BONAVENTVRAE in secundum librum Sententiarum dilucidatio.

CODEX CXI. *Beff.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 161.
saeculi circiter XV.

S. BONAVENTVRAE in tertium librum Sententiarum.

CODEX CXII. *Bess.*

in fol. min. membranaceus, foliorum 198.
saeculi circiter XV.

S. BONAVENTVRAE in quartum Sententiarum librum.

CODEX CXIII. *Beff.*

in 4. *membranaceus, foliorum* 303.
saeculi circiter XV.

EPITOME Operis S. BONAVENTVRAE in quatuor libros Sententiarum.

CODEX CXIV. *Beff.*

in fol. membranaceus, foliorum 248.
saeculi XV.

S. THOMAE Aquinatis Summae Theologicae Pars Prima.

CO-

CODEX CXV. Beſſ.

in folio, membranaceus, foliorum 230.
ſaeculi XV.

S. THOMAE Aquinatis Summae Theologicae Pars Prima.

CODEX CXVI. Beſſ.

in folio membranaceus, foliorum 160.
ſaeculi XV.

S. THOMAE Aquinatis Summae Theologicae Prima Secundae.

CODEX CXVII. Beſſ.

in fol. membranaceus, foliorum 321.
ſaeculi XV.

S. THOMAE Aquinatis Summae Theologicae Secunda Secundae.

CODEX CXVIII. Beſſ.

in fol. membranaceus, foliorum 359.
ſaeculi XV.

S. THOMAE Aquinatis Summae Theologicae Pars Tertia cum additionibus.

CODEX CXIX. Beſſ.

in fol. min. membranaceus, foliorum 160.
ſaeculi circiter XIV.

S. THOMAE Aquinatis Contra Gentiles.

CODEX CXX. Beſſ.

in folio, membranaceus, foliorum 311.
ſaeculi XV.

S. THOMAE Aquinatis Pars Quaeſtionum diſputatarum, ſcilicet,

De virtutibus.
De unione Verbi Incarnati.
De malo.
De spiritualibus creaturis.
De anima.

CODEX CXXI. *Bess.*

in folio, membranaceus, foliorum 132.
saeculi XV.

S. THOMAE Aquinatis
De veritate quaestio.

CODEX CXXII. *Bess.*

in fol. membranaceus, foliorum 330.
saeculi XV.

S. THOMAE Aquinatis
Quaestio de veritate.

CODEX CXXIII. *Bess.*

in fol. membranaceus, foliorum 132.
saeculi XV.

S. THOMAE Aquinatis
Quodlibeta.
Sequuntur Excerpta ex opere in duos primos libros Sententiarum.

CODEX CXXIV. *Bess.*

in folio, membranaceus, foliorum 140.

S. THOMAE Aquinatis Expositio in librum I. Sententiarum.

CODEX CXXV. *Bess.*

in folio, membranaceus, foliorum 176.

S. THOMAE Aquinatis Expositio in II. librum Sententiarum.

Fol. 2. habetur nota:

BESSARION. CARDINALIS, TVSCVLANVS, FIERI. F. MCCCCLIII.

CODEX CXXVI. *Beſſ.*

in fol. membranaceus, foliorum 205.

S. THOMAE Aquinatis Expoſitio in lib. III. Sententiarum.

CODEX CXXVII. *Beſſ.*

in folio, membranaceus, foliorum 530.

S. THOMAE Aquinatis Expoſitio in librum IV. Sententiarum.

Notula Beſſarionis initio habetur:

Hic Liber meus eſt Beſſarionis Cardinalis Tuſculani conſtitit Ducatis XXXIII.

CODEX CXXVIII. *Beſs.*

in 4. membranaceus, foliorum 284. ſaeculi circiter XV.

S. THOMAE Aquinatis Opuſcula,

Compendium Theologiae ad Fratrem Reginaldum ſocium ſuum cariſſimum.

De unitate intellectus contra Averroiſtas.

De occultis operibus naturae ad quendam militem nobilem.

De mixtione elementorum ad Magiſtrum Philippum.

De iudiciis aſtrorum ad Fratrem Reginaldum.

Reſponſio ad lectorem Venetum de articulis XXXVI.

De ente & eſſentia.

De principiis naturae ad Fratrem Silveſtrum.

De articulis Fidei, & Sacramentis Eccleſiae.

De motu cordis ad Magiſtrum Philippum.

De regimine Iudaeorum ad Duciſſam Bragantiae.

De aeternitate mundi contra murmurantes.

Declaratio quorundam articulorum contra Graecos, Armenos, Sarace-

racenos ad cantorem Antiochenum.

De regimine Principum ad Regem Cypri.

Contra impugnantes Dei cultum, & religionem.

De perfectione vitae spiritualis.

Contra doctrinam retrahentium homines a religionis ingressu.

De sortibus ad Dominum Iacobum de Burgo.

De forma absolutionis ad Generalem Magistrum sui Ordinis.

Contra errores Graecorum ad Vrbanum IV. P. M.

Responsio ad Ioannem de Vercellis Magistrum Ordinis sui de articulis XLII.

Responsio ad Fratrem Gerardum Lectorem Bisuntinum de sex articulis.

Expositio super secundam Decretalem ad Archidiaconum Cudestinum.

De substantiis separatis, seu de Angelorum natura ad Fratrem Reginaldum socium suum.

CODEX CXXIX.

in 4. membranaceus, foliorum 105.
saeculi XV.

APOLOGIA pro D. THOMA Aquinate, in qua proferuntur & Doctoris eiusdem, & adversariorum opiniones ad confirmandum, & ad refellendum. Init. *Quare detraxistis sermonibus veritatis &c. Ioannes in Apocal.*

Alias inscribitur: Correctorium corruptorii S. Thomae de Aquino. De auctore videndus Echard. de Script. Ord. Praed. T.I. pag. 502.

CODEX CXXX.

in folio, membranaceus, foliorum 270.
saeculi XV.

B. ALBERTI MAGNI

De Virtutibus. Init. *Circa primum sic proceditur.*

De Sacramentis. Init. *Circa Sacramentum.*

De Resurrectione. Incip. *Post hoc quaerendum est.*

Inter inedita Alberti Opuscula haec tria forte reponenda sunt. Vide Echardum de Script. Ord. Praed. T. I. pag. 179.

CO-

CODEX CXXXI. Beff.

in 4. chartaceus, foliorum 84. saeculi XV.

BENEDICTI Abbatis Maſſilienſis de SS. Trinitate, de Poteſtate Eccleſiae, & Fide Catholica.

Sic ſcripſit Beſſario; rubrica vero prima ſic habet:

Haec ſunt collecta & excerpta ex Summa BENEDICTI *Abbatis Maſſiliae ſuper capitulo: Firmiter credimus, de Sanctiſſima Trinitate, & fide catholica; additis paucis aliis contra diverſos errores impugnantium fidem Catholicam Eccleſiae Sanctae Romanae &c. Capitulum primum.*

Una eſt fidelium univerſalis Eccleſia, quae vivit in unitate fidei, & in credulitate articulorum ac ſacrorum, & in una conformitate ſignorum ſacramentalium univerſae fidei.

Opuſculum in XXI. Capitula diſtributum eſt. Sequuntur exinde reſponſiones ad obiectiones picturis additis. Initium:

Ex tractatuli praeſcripti materia, tanquam ex quodam fundamento poſito, faciliter ſolvi poſſunt obiectiones &c.

CODEX CXXXII. Beff.

in 4. membranaceus, foliorum 68.
ſaeculi circiter XV.

FRANCISCI de RVVERE [quit fuit SIXTVS IV.] Liber de Sanguine Chriſti, & de Potentia Dei.

CODEX CXXXIII. Beff.

in 4. min. membranaceus, foliorum 241.
ſaeculi XV.

BESSARIONIS Cardinalis

Prooemium in libellos de Proceſſione Spiritus Sancti ad Paulum II. Pontificem Max.

Opuſcula quae ſequuntur, in quibus pro maiori parte de Proceſſione Spiritus Sancti agitur, in praedicto prooemio Paulo dicat Beſſario; unde manifeſte apparet, prooemium ipſum in errorem traxiſſe eos, qui opuſculum peculiare de eadem materia ad Paulum Beſſarionem ſcripſiſſe, & in Bibliotheca noſtra adſervari dixerunt. Ve-

rum, ut latius res pateat, prooemium damus, quod sciamus, ineditum, in quo & aliqua non spernenda, ad Concilium Florentinum spectantia videre est.

BESSARIONIS EPISC. SABINI CARD. NICAENI PATRIAR. CONSTANTINOPOLITANI IN LIBELLOS DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI AD PAULUM II. PONT. MAX.

Prooemium.

EUGENIUS IV. avunculus tuus, Pontifex Maximus, vir religione, virtute, rebus gestis amplissimus, inter multa, quae pro Christianae Reipublicae commodo, dignitate, splendore, vel cogitare sapientissime, vel perficere diligentissime solebat; ad id in primis omnem suam mentem, curam, ac studium adhibebat, ut obscuratas erroribus mortalium mentes, ac tenebris caecitatis obstructas luce veritatis illuminaret. O clementiam Romano Pontifice dignam! O sapientiam principis miram! qui se: qui sua studia: qui fortunas suas omnes pro Christiani populi concordia, atque incolumitate devoverat. Quid enim utilius: quid excellentius: quid immortali Deo gratius facere poterat, quam instar vigilantis agricolae excutere atque expurgare malam sementem: & tanquam sollicitus pastor curare morbidas oves; ne alioquin tabe invalescente, non modo ipsae perirent; sed totum gregem contaminarent, atque inficerent? Sciebat certe sapientissimus Pontifex quantum saepenumero discrimen: quot discordias: quot seditiones: quot bella pepererat, ob ignorantiam veritatis orta contentio; in his praesertim rebus, quae ad fidem, ac religionem pertinerent. Quinetiam viderat: audierat: legerat, ut parva interdum erroris scintilla; non modo unam ecclesiam, aut civitatem, sed plures etiam maximasque provincias, veluti alicuius morbi contagione foedaverat. Hinc post alia eius egregia opera Ferrariae primo, deinde Florentiae, clarissimis Italiae urbibus, Generale Christianorum Concilium tanto labore, studio, vigiliis, sumtibusque coëgit, ut pestiferam illam, ac iam tot annis inveteratam Orientalis, atque Occidentalis Ecclesiae dissensionem de medio tolleret, & male de fide sentientes ad capessendam veritatem induceret; quod tandem commonendo fratres: praedicando: instruendo: hortando: interdum etiam disputationum aculeis prosternendo, Deo, cuius res gerebatur, favente consecutus est. Huic ego Concilio, Summe Pontifex, quum ab optimo Imperatore nostro vocatus una cum ceteris Orientis Episcopis interessem: nec me lateret, Sacrosanctam Romanam Ecclesiam, quae columna semper, ac firmamentum Christianae fidei fuit, recta sentire: e nostris vero plerosque contentionis cupidiores esse, quam veritatis; pro virili mea mihi elaborandum existimavi, ut veram omnes opinionem amplexi, veterum errorum sordes, maculasque deponerent. Amabam equidem nostros homines, ut par erat, nostramque caussam, si fieri potuisset, optassem esse meliorem; sed amanda in primis ac praeferenda veritas fuit,

fuit, & absque invidia, quicquid recte diceretur, amplectendum. Diversas itaque in Concilio orationes inter nos habui, in quibus quum de aliis rebus, tum praecipue de Processione Spiritus Sancti, de quo maxima tunc quaestio erat, latissime disserui: eumque a Patre Filioque procedere, ut rationes taceam, non modo Latinorum, sed etiam Graecorum doctorum auctoritate apertissime demonstravi; hortatus postremo omnes, ut relictis errorum tenebris, tanquam veri luminis radiis illustrati se se ad Romanae Ecclesiae lucem splendoremque converterent. Eas orationes quanquam ab amicis saepe rogatus fuerim, conscius tamen imbecillitatis meae, edere nunquam volui; nihil in his esse existimans, quod dignum videri eruditis auribus posset. Verumtamen quum, versantibus nuper mecum libellos meos quibusdam familiaribus nostris, in eorum forte manus incidissent, nec prohibere potuissem, quin eas accuratius legerent; non modo hortari me postea non destiterunt, sed etiam vehementer efflagitare, ut tam ea, quam alia quaedam opuscula, quae post dissolutum Concilium, quibusdam adhuc a recto itinere deviantibus, scribere compulsus fui, pro communi hominum commodo ederem; pleraque in his esse dicentes a Graecis sumta auctoribus, quae, quum apud Latinos nusquam haberentur, non parvam forent legentibus utilitatem adlatura. Quapropter veluti inops consilii haesi aliquandiu, & quid mihi agendum esset dubitavi. Illinc enim ut ederem familiarium meorum urgebat auctoritas, hinc ut supprimerem mea me hortabatur infirmitas. Tandem vero illud animo occurrit, ut lucubrationes meas tuo sacratissimo nomini, DIVE PONTIFEX PAVLE dedicarem. Nam cui potius, quae de religione a nobis sub divo Eugenio avunculo tuo scripta sunt, dari, donari, & consecrari debebant, quam tibi; quem & religionis principem ac magistrum, & illius non modo sanguinis, sed etiam Pontificatus successorem esse divina providentia voluit: qui divino consilio, singulari sapientia, & incredibili animi magnitudine, commissum humeris tuis imperium ita gubernas, ut non modo pullulantes aliquando haereses ex propinquis Romanae Ecclesiae provinciis, sed etiam inveteratas ex remotissimis ac potentissimis regnis exstirpes atque evellas: a quo ita brevi tempore auctum est Ecclesiae imperium, & huius sacrae Sedis maiestas, ut & te, quod raro evenire hominibus consuevit, timeant pariter omnes, atque ament: & Romanae Ecclesiae nec potentia unquam tanta fuerit, nec tanta auctoritas. Tuae igitur clementiae erit, Summe Pontifex, concedere hoc fidei erga te meae, ut libellum hunc libenter accipias, demumque pro tuo sapientissimo iudicio vel edas, vel supprimas. Quod si edendum iudicaveris, plurimum certe auctoritatis videbitur tua gratia consecutus.

Sequuntur Bessarionis Opuscula,

Oratio de unione ineunda, habita initio Concilii Generalis Ferrariensis, quod postea Florentiam translatum fuit. Exstat T. XVIII. Conciliorum Labbei edit. Ven. MDCCXXXII. pag. 35.

Oratio dogmatica de unione, ut in praedicto Tomo pag. 399.

467. Declarationes Orationis, quae in edit. in calce habentur, in Cod. praemissae sunt.

De Processione Spiritus Sancti ad Alexium Philanthropenum. In Tomo supra laudato pag. 1244. & in opusculis aureis Arcudii; ex versione tamen Arcudii ipsius, pag. 165.

Apologia adversus Gregorium Palamam, rationes Ioannis Vecci impugnantem. In opusculis Arcudii pag. 67.

Adversus argumentum, quo in primis niti adversum Catholicam Fidem Marcus Ephesiorum Antistes solebat ad Gregorium piissimum Patriarcham Cpolitanum. Init. *Magna illa inter Graecos & Latinos*.

Opusculum hoc contra Ephesium habet graece Biblioth. Vindobonensis; teste Lambecio lib. V. pag. 174. apud quem initium graece reperies nostro omnino consimile. Vidit graece & Arcudius, qui lib. II. de concord. pag. 113. finem refert ex latina sua versione, a nostro haud multum discrepantem. Videndus Allatius pag. 932.

Confutationes reliquorum argumentorum ipsius Ephesii confectae atque editae eo ipso Gregorio Patriarcha flagitante. Init. *Arbitrabar profecto, quae adversus primam Ephesii argumentationem*.

De hoc secundo Opusculo nullibi mentionem invenimus.

Epistola ad Graecos omnes de Fide Catholica, & Summi Pontificis primatu. Vt inter Opuscula Arcudii.

De Sacramento Eucharistiae, & quibus verbis conficiatur Corpus Christi. In Biblioth. PP. Lugd. T. XXVI. pag. 787.

In illud Ioannis XXI. 23. *Sic eum volo manere*. Init. *Quum nuper sacrum Evangelium Ioannis*.

De laudibus Beati Bessarionis [Eremitae AEgyptii] NICOLAO PEROTTO interprete. Init. *Omnibus certe qui secundum Deum vixerunt*. Graece habetur in Codice nostro CCCCCXXXIII.

CODEX CXXXIV. *Bess.*

in 4. chartaceus, foliorum 188.
saeculi XV.

BESSARIONIS Cardinalis Opuscula eadem ac in Codice praecedenti.

CODEX CXXXV. *Bess.*

in 4. membranaceus, foliorum 244. *saeculi XV.*
auro ornatus & stemmate gentilitio Pauli II.

BESSARIONIS Cardinalis Opuscula, ut in Codicibus praecedentibus,

bus, excepto encomio in B. Bessarionem.

Post Prooemii titulum tetrasticon legitur:

Quod nostros tibi dedicem libellos,
Qui sceptrum retines Dei secundum,
Ingens Paule honor & decus tuorum,
Hoc veri indicium putato amoris.

CODEX CXXXVI. *Bess.*

in 4. chartaceus, foliorum 230.
saeculi XV.

BESSARIONIS Cardinalis

Oratio dogmatica de unione.

De Processione Spiritus Sancti ad Alessium Philanthropenum.

Apologia adversus Palamam, fine mutila.

Autographus maiori ex parte Codex est, & diversas plerumque ab editis lectiones exhibet.

CODEX CXXXVII. *Bess.*

in 8. membranaceus, foliorum 60.
saeculi XV.

BARTHOLOMAEI RIMBERTINI Episcopi Coronensis ad Bessarionem Episcopum Tusculanum Opusculum de Spiritus Sancti distinctione a Filio, ex operibus S. THOMAE Aqu. Init. *Sanctus Thomas de Aquino Catholicae veritatis doctor constans, clarus, solidus, inconcussus.*

CODEX CXXXVIII. *Rec.*

in 4. mai. membranaceus, foliorum 212.
saeculi circiter XV.

MANVELIS CALECAE Ord. Praed. Tractatus de Processione Sp. S. contra Graecos, AMBROSIO Camaldulensi interprete.

CODEX CXXXIX. Beff.

in fol. membranaceus, foliorum 230.
faeculi circiter XIV.

HERVEI Natalis Ord. Praed. Quodlibeta Theologica.

CODEX CXL. Cont.

in 4. *partim chartaceus, partim membranaceus, foliorum* 273.
faeculi XV.

F. BARTHOLOMAEI a SANCTOCONCORDIO Ord. Praed. de Pifis Summa de cafibus.

Opus ordine alphabetico diftributum non ultra litteram Q extenditur.

CODEX CXLI.

in 4. *mai. membranaceus, foliorum* 67.
faeculi circiter XV.

ALBERTANI Caufidici Brixienfis Opufcula,

De amore & dilectione Dei libri IV. Init. *Initium mei tractatus fit in nomine Domini.*

Nota poft librum IV. habetur:

Explicit liber de amore & dilectione Dei & proximi & aliarum rerum, & de forma vitae, quem ALBERTANUS *Caufidicus Brixienfis de ora Sanctae Agathae compillavit, ac fcripfit quum effet in carcere Domini Imperatoris Frederici in civitate Cremonae, in quo pofitus fuit quum effet Capitaneus Gavarelli, defendendo locum ipfum ad utilitatem Comunis Brixiae. Anno Domini millefimo ducentefimo trigefimo octavo, de menfe Augufti, in die S. Alexandri, quo obfidebatur civitas Brixiae per eundem Imperatorem. Indictione XI. Deo gratias. Amen.*

Confolationis & Confilii liber. Incip. *Quoniam multi funt.*

De doctrina dicendi & tacendi. Init. *Initio medio ac fini mei tractatus adfit gratia Sancti Spiritus.*

In

In fine sic notatur:

Explicit liber de doctrina dicendi & tacendi ab ALBERTANO *Causidico Brixiensi &c. sub* MCCXLV. *mense Decembris.*

Sermo ad Dominum Manuellum de Madio, patrem D. Bernardi Episcopi Brixiae. MCCXLIII. Init. *Congregatio vestra sit in nomine Domini.*

Sermo de doctrina timoris Dei, editus apud Fratres Minores in congregatione solita MCCL, in media Quadragesima. Init. *Rogate Deum, Fratres.*

CODEX CXLII. *Bess.*

in 4. *mai. chartaceus foliorum* 346.
saeculi XV.

OPVSCVLA Varia sive Sententiae Diversorum de usu bonorum temporalium Christi & discipulorum eius.

Praeit index Auctorum, cum opusculorum initiis, quem hic describere minime abs re erit:

Hi sunt qui scripserunt in quaestionem de bonis & usu Christi & discipulorum.

Prima Pars.

Dominus VITALIS *Cardinalis* ALBANENSIS *Primo*. Opusculum incip. *Quaestio proposita.*

Idem Secundo : Ego Frater Vitalis.

Idem Tertio : Sed adhuc.

Dominus BERTRANDVS de TVRRE Card. *Quaeritur utrum.*

Dominus ARNALDVS RENARDI *Archiepiscopus Salernitanus : Vtrum asseratur.*

Dominus AVFREDVS *Lector Barcinon. Salvator noster.*

Frater MONALDVS *Archiep. Beneventanus : Ego Frater Monaldus.* Memoratur a Wadingo pag. 260.

Praedicti omnes Ordinis Minorum ad eandem conclusionem intendunt, videlicet, quod Christus & Apostoli nihil habuerunt in proprio & communi.

Secunda Pars.

Deinde sequitur in Secundo quaedam brevis resumtio Dominorum Vitalis, & Bertrandi Card. praedictorum, necnon Archiepiscopi Salernitani, Caphensis,

X *Vlas-*

Vlasbonensis, *Paciensis*, *&* *Rigensis* *Episcoporum*, *ac* *Magistrorum* *Fratrum* *Minorum*, *quis* *tamen* *dictam* *resumtionem* *ordinaverit* *non* *reperitur* *in* *rubrica*.

Tertia Pars.

Illi vero qui contrariam conclusionem intendunt sunt qui sequuntur.

Dominus GAVCELINVS [*sive* GANCELINVS] *Card.* Init. *Sub protestatione.*

Dominus ARREBLAYO *Card.* *Ad quaestionem.*

Dominus *Vicecancellarius* *Card.* *Quaeritur utrum.*

Dominus SIMON *Card.* *Viennensis* : *Quaeritur utrum ille.*

Dominus *Card.* *de Montefaventio* : *Quaestio proposita.*

Dominus *Card.* *de* RVFO : *Quaeritur utrum determ....*

Dominus BERENGARIVS *Card.* *Tusculanus* : *Pater sanctissime.*

Dominus *Card.* *de* ARREBLAYO : *Pater Sanctissime.*

Dominus *Card.* *S. Cyriaci* : *Sanctissime Pater.*

Dominus PETRVS de COLVMNA *Card.* *Protestatione praemissa.*

Dominus NEAPOLEO *Card.* *Quaeritur utrum.*

Dominus *Card.* *de* PELAGRVA : *Pater Sanctissime.*

In margine huius nominis scriptum est : *Iste non dedit consilium*; & quidem nihil asserit vel negat in brevissimo opusculo suo, sed per quinque vel sex tantum lineas, tantum dubium se esse, & paratum ad ea quae statuta fuerint tenenda, testatur.

Dominus IOANNES *S. Theodori* *Diac.* *Card.* *Pater Sanctissime.*

Dominus IACOBVS *S. Gregorii ad vellus aureum* *Diac.* *Card.* *Pater Sanctissime.*

Quarta Pars.

Sequuntur Prelati concludentes idem cum proximis Cardinalibus.

Frater IACOBVS *Episcopus Civitatis S. Mariae* : Init. *Ego frater Iacobus.*

Episcopus Lucerinus : *Quaeritur utrum sit haereticum.*

Episcopus Aniciensis : *Circa vitam Christi.*

Episcopus Zagabriensis : *In subiectis quaestionibus.*

Episcopus Narniensis : *Quaeritur utrum sit haereticum.*

Episcopus Nannetensis : *Suppositis & habitis.*

Episcopus Brixiensis : *Ad quaestionem quaeritur.*

Archiepiscopus Arbonensis : *Sanctissime Pater.*

Episcopus Soranus : *Ad quaestionem qua quaeritur.*

Patriarcha Alexandrinus : *Ad quaestionem qua quaeritur.*

Archiepiscopus Colossensis : *Quaeritur utrum.*

Epi-

Episcopus Trecensis : Salvo & protestato.
Episcopus S. Flori : Quicunque dicit expresse.
Episcopus Dignensis : In quaestione qua quaeritur.
Episcopus Rivensis : Super quaestione qua quaeritur.
Episcopus Vasatensis : An sit haereticum.
Episcopus Meldensis : Quum quaeritur.
Archiepiscopus Arelatensis : Pater sanctissime.
Archiepiscopus Bremensis : Superfluum reputans.
Episcopus Portugalensis : Ego Fernandus.
Episcopus Civitatis Novae : Ego servus.
Abbas Candelii : Quando quaeritur.

De Magistris ad eandem conclusionem tendentibus.

Frater HERVEVS *Magister Ord. Praed. Ad evidentiam quaestionis.*

Frater IOANNES *de Neapoli Magister in Theologia : Quaestio est utrum.*

Frater DOMINICVS *Magister Curiae Romanae : Ad quaestionum utrum asser....*

Frater IOANNES PANHOCE [five PANHOTAE] *Magister Heremitarum S. Augustini : In Quaestione quam.*

Frater AVGERIVS *de Ordine Carmelitarum Magister in Theologia : Quaestio est utrum.*

Istorum nomina ignorantur.	: *Quum quaeritur.*
	: *Vtrum asserere.*
	: *Idem eodem initio.*
	: *Reducendo ergo ad brevitatem.*
	: *Arguitur contra quaedam.*

Determinatio Parisiensis data per D. Cardinalem Viennensem : Quaeritur utrum Christus & Apostoli.

CODEX CXLIII. Bess.

in 4. partim chartaceus, partim membranaceus, foliorum 296. saeculi XV.

F. BERNARDINI AQVILANI de Fossa, Ordinis Minorum regularis observantiae, Quodlibetum.

Fol. 279. reperitur nota:

Ego Frater Bernardinus Aquilanus de Fossa Ordinis Minorum complevi scribere hanc tabulam manu propria & festinanter, in loco Sancti Andreae prope Civitatem Theatinam, in vigilia Sancti Francisci, quando terribiliter ningebat, anno mundi 1462.

CODEX CXLIV. Beff.

in 8. chartaceus, foliorum 162.
faeculi circiter XV.

ANONYMI liber de virtutibus & vitiis, in capita cxxx. diftributus.

Primum caput incip. *De abftinentia. Duplex eft abftinentia, deteftabilis, & laudabilis.*

CODEX CXLV. Beff.

in 4. mai. partim chartaceus, partim membranaceus, foliorum 298. faeculi circiter XV.

DICTIONARIUM, five *REPERTORIUM* Morale a littera C. ad D. Specimen habes:

Cadaver. Nota quod cadaver fecundum Ifidorum dicitur a cadendo: fignificat corpus animalis mortui carens vita, quod iam de ftatu vitae ad corruptionem cadit. Moraliter &c.

CODEX CXLVI. Beff.

in 4. mai. partim chartaceus partim membranaceus, foliorum 277.
faeculi circiter XV.

DICTIONARIUM Morale a littera E. ad L.

CODEX CXLVII. Beff.

in 4. mai. partim chartaceus, partim membranaceus, foliorum 344.
faeculi circiter XV.

DICTIONARIUM Morale a litt. M. ad R.

CODEX CXLVIII. Beff.

in 4. partim chartaceus, partim membranaceus, foliorum 337.
faeculi circiter XV.

DICTIONARIUM Morale a litt. S. ad finem.

CO-

CODEX CXLIX. Beff.

in fol. min. chartaceus, foliorum 148.
faeculi circiter XVI.

REPERTORIVM Sententiarum a littera A. ad D. Sententiarum nimirum Collectio est ordine alphabetico dispofita.

CODEX CL.

in fol. min. chartaceus.

REPERTORIVM Sententiarum a litt. D. ad L.

CODEX CLI.

in fol. min. chartaceus.

REPERTORIVM Sententiarum a litt. L. usque in finem.

CODEX CLII. Beff.

in 4. min. chartaceus, foliorum 173.
faeculi circiter XIV.

THESAVRVS Pauperum, five Speculum Sanctorum. Collectio est variarum fententiarum fub diverfis nominibus, quae ordine alphabetico digesta funt. Initium: *Avarus femper eft in anguftia; unde Auguftinus in epiftola ad Sixtum:* Avarus nunquam quiefcit &c.

CODEX CLIII. Beff.

in folio maximo, membranaceus, foliorum 316. *faeculi XII.*
aetas clare dignofcitur ex characterum convenientia
cum Codice fubfequenti.

HOMILIAE Sanctorum Patrum a Dominica prima Adventus ad Sabbatum Sanctum.

Codices hos Homiliarum ad ufum Chori olim exftitiffe facile credi poteft.

CODEX CLIV.

in folio maximo, membranaceus, foliorum 188.
saeculi XII.

HOMILIAE Sanctorum Patrum in EVANGELIA a Paschate ad Dominicam XXIV. post Pentecostem.

Specimen characterum damus ex primis & ultimis Codicis verbis; quum ultima praecipue aetatem praeseferant.

IN DIE RESVRRECTIONIS DNI.
LEC SCI EUGLII SCDM MARCVM.
IN ILLO TPR. Maria magdalene et
maria iacobi. et salome. emerunt aro-
mata. ut uenientes ungueret ihm.
Et ualde mane una sabbatorum ueni-
unt ad monumentū orto iam sole.

Finito libro referam laus et gla xpo.

Transacto quippe nūo millesimo centesimo.
et addito trigesimo iunctoque et tertio.

CODEX CLV.

in 8. membranaceus, foliorum 110.
saeculi circiter XIII.

HOMILIAE variae in EVANGELIA, Prima incipit : *In illo tempore erunt signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium, & reliqua. Dominus ac Redemtor noster, fratres carissimi, paratos nos desiderat invenire. Propterea notum sit vobis, ista signa in sole,* &c.

CO-

CODEX CLVI.

in 4. maiori membranaceus, foliorum 92.
saeculi circiter XIV.

RITUALE ad benedicendam Ecclesiam.

CODEX CLVII.

in 4. maiori, chartaceus, foliorum 430.
saeculi circiter XV.

GVILLIELMI DVRANDI Episcopi Mimatensis Rationale divinorum Officiorum duobus voluminibus comprehensum, ut in principe editione Moguntina MCCCCLIX, quam in Coenobio S. Georgii Maioris Venet. vidimus.

CODEX CLVIII.

in 8. min. membranaceus, foliorum 342.
saeculi circiter XV.

COLLATIONES Dominicales.

Sic inscribitur Codex qui varios breves sermones complectitur in diversis Dominicis, Festis, & Sanctorum solemnitatibus.

CODEX CLIX.

in 4. min. membranaceus, foliorum 317.
saeculi circiter XIV.

OFFICIVM ad usum facile Monialium Ordinis SS. Benedicti & Bernardi.

CODEX CLX.

in 8. membranaceus, foliorum 263.
saeculi circiter XIV.

OFFICIVM ad usum Chori Fratrum Ord. Praedicatorum.

CODEX CLXI.

in 8. membranaceus, foliorum 487.
saeculi circiter XV.

OFFICIUM ad usum facile Heremitarum S. Augustini.


CODEX CLXII.

in 8. chartaceus, foliorum 268.
saeculi circiter XIV.

OFFICIUM.



Con-



Concilia & Ius Canonicum.

CODEX CLXIII. *Cont.*

in folio, membranaceus, foliorum 53.
saeculi circiter XII.

CONCILII CONSTANTINOPOLITANI III. Generalis VI. Actiones XI. priores, quarum postrema fine mutila est.

CODEX CLXIV. *Bess.*

in folio, chartaceus, foliorum 214.
saeculi circiter XV.

CONCILII NICAENI II. Generalis VII. latina versio, ut in edit. Ven. Labbei T. VIII. pag. 674. — 1312.

Deficiunt initio Epistolae Gregorii Papae ad Isaurum Imp. Actionisque VIII. neque divisio cernitur, neque initium; & cetera Actionis eiusdem diverso ab editis ordine scripta sunt.

In prioribus paginis habetur Opusculum sine auctoris nomine & inscriptione, cuius init. *Regali imperio fidei catholicae, quam tenemus, praecipimur reddere rationem*. *Desinit: Directa XII. Calendarum Maiarum per Ianuarium Zatterensem ...... a casis medianis Episcopis ...diae Bonifacio Foratianense & Bonifacio Sazanense Episcopis B....* Agitur praesertim de graeca voce ὁμιόσιον, & de eius vi & significatione.

Sequitur altercatio S. AVGVSTINI cum Pascentio, cuius inscriptio: *Incipit liber disceptationum S. AVGVSTINI Episcopi adversus comitem Pascentium Arianum: praesente Laurentio, ut iudice ab utrisque partibus electo*. Exstat T. II. Operum S. Augustini in App. ubi videnda est editorum admonitio.

CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM IV. Generale VIII. ut in edit. Ven. T. X. pag. 471. — 680.

Nota in fine : *Theodoricus* Wulf *de Lubec explevit hoc opus Deo com...*

CODEX CLXV.

in fol. min. chartaceus , foliorum 511.
saeculi circiter XV.

CONCILIUM CONSTANTIENSE Generale.

Vt plurimum cum collectione Barberiniana , & MSS. Vindobonensibus convenire Codex deprehenditur. Ceterum, ea in quibus ab editis discrepat , nec pauca sunt , animadvertet peritus Conciliorum scrutator.

CODEX CLXVI. Bess.

in folio , chartaceus , foliorum 363.
saeculi XV.

CONCILII BASILEENSIS OEcumenici Pars Prima.

Praemittitur Decretum Constantiense de celebratione Conciliorum: *Frequens generalium Conciliorum*. Huic alia adduntur, quae in edit. non vidimus.

Habentur deinceps nonnulla ex Concilio Senensi.

Decretum de approbatione processuum , & continuatione in futurum contra Hussitas haereticos : *In ea Petro Episcopo*.

Condemnatio Petri de Luna : *Item haec sancta*.

Concessio indulgentiarum persecutoribus haereticorum : *Item quoniam*.

Statuta super materia reductionis Graecorum : *Item in nonnullis*.

Diversus sectionum aliarumque rerum ordo ab editis ubique reperitur , tum in hac tum in sequenti Parte secunda ; & res quidem ipsae non parum discrepant , multaque saepius adiunguntur & interseruntur Conciliorum studiosis consideranda.

CODEX CLXVII. Bess.

in fol. chartaceus , foliorum 423.
saeculi XV.

CONCILII BASILEENSIS OEc. Pars Secunda.

CO-

CODEX CLXVIII. Beff.

in folio, chartaceus, foliorum 324. faeculi XV.

ISIDORI MERCATORIS Canonum Collectio.
CAPITVLA, quae ex Graecis & Latinis Canonibus &c. collecta funt, & Ingilramo Mediomatricae urbis Epifcopo Romae a Beato Hadriano Papa tradita. In edit. Concil. Ven. T. VIII. pag. 597.

CODEX CLXIX. Beff.

in folio, chartaceus, foliorum 280. faeculi XV.

CONCILIORVM, Epiftolarum, Decretorumque Pontificalium Collectio, a Sixto III. ad Eugenium III. Praecipuarum rerum Catalogum damus.

SIXTI III. Epiftola ad Orientales Epifcopos. Incip. *Gratias veftrae referimus Sanctitati*. Exftat T. IV. edit. Ven. Concil. pag. 503.

S. LEONIS Papae Epiftolae fere omnes, diverfo ab editis ordine.

S. LIBERATI Diaconi Breviarium cauffae Neftorianorum & Eutychianorum. T. VI. pag. 420.

Subfequuntur Epiftolae aliquot SS. Patrum & Summorum Pontificum, quae paffim in Conciliis reperiuntur.

S. QVINTIANI Epifcopi Afculani [fic in Codice] Anathematifmi XXI. qui in edit. T. V. pag. 223. XII. tantum funt.

CONCILIVM *ROMANVM* fub Hilaro Papa. T. V. pag. 86. In Codice infcriptio eft: *Incipiunt regulae Papae Hylarii*.

SIMPLICII Papae Epiftolae. Ibid. pag. 91.
Ad Zenonem Epifcopum: *Plurimorum relatu*.
Ad Ioannem Ravennatem: *Si quis effet*.
Ad Florentium & alios Epifcopos: *Relatio nos*.
Ad Acatium: *Cogitationum ferias*.
ACATII ad Simplicium: *Solicitudinem omnium*.

CONCILIVM *ROMANVM III.* T. V. pag. 275.

FELICIS III. Epiftolae. Ibid. pag. 142.
Ad Acatium: *Multarum trangreffionum*.
Ad Zenonem Epifc. *Felix meus vir clariffimus*. In Cod. *Filius meus vir clariffimus*.

GELASII Papae Epiftolae T. V. pag. 281.

Ad Episcopos Lucaniae : *Necessaria rerum.*
Ad Episcopos Siciliae : *Praesulum auctoritas.*
Ad Faustum Magistrum : *Ego quoque.*
Ad Anastasium Imp. *Famuli vestrae pietatis.*
Ad Episcopos Dardaniae : *Valde mirati sumus.*
Ad Eufemianum : *Quod plene cupimus.*
CONCILIVM ROMANVM I. T.V. pag. 385.
ANASTASII II. Epistola. Ibid. pag. 403.
Ad Anastasium Augustum : *Exordium Pontificatus.*
SYMMACHI Papae Epistola. Ibid. pag. 424.
Ad Caesarium Arelatensem : *Hortatur nos.*

SYNODVS ROMANA I. sub Symmacho. T.V. pag. 441. Subscriptiones Episcoporum, neque ordine alphabetico exhibentur, neque ut in editis.

SYNODVS ROMANA III. in Cod. IV. Ibid. pag. 457.

MAGNI FELICIS ENNODII Episcopi Tirinensis Libellus Apologeticus pro Synodo IV. Romana. Ibid. pag. 479.

SYNODVS ROMANA V. Ibid. pag. 471.
SYNODVS ROMANA VI. Ibid. pag. 509.
SYMMACHI Papae Epistolae. Ibid. pag. 423.
Ad Laurentium Mediolanensem : *Prodit religiosae.*
Ad Liberium Patricium : *Quum pro veneranda religione.*
HORMISDAE Papae Epistolae. T.V. p. 682.

Ad Iustinum Augustum : *Inter ea.* Sequitur IVSTINI Epist. ad Hormisdam : *Scias effectum*, & Libellus IOANNIS Episc. Cpol. *Redditis mihi.*

Ad Ioannem Melicitanum : *Vota nostra.*
Ad Ioannem Tarraconensem : *Fecit dilectio tua.*
Ad Episcopos Hispaniae : *Benedicta Trinitas.*
Ad eosdem : *Inter ea quae notitiae vestrae.*
Ad Epiphanium : *Multo gaudio.*
Ad Sallustium Hispalensem : *Suscipientes.*

Ad Episcopos Hispaniae : *Quid tam dulce.* Subsequitur IVSTINI Epist. ad Papam : *Quo fuimus semper.*

Exemplum Precum : *Haurite aquam.*
IOANNIS Papae I. Epistolae. T.V. p. 743.
Ad Zachariam Archiepiscopum : *Exigit dilectio tua.*
Ad Episcopos Italiae : *Saepissime.*
FELICIS Papae IV. Epistolae. T.V. p. 793.
Ad omnes Episcopos : *Magno munere.*
Ad Sabinam : *Singulare membrum.*

BONIFACII Papae II. Epistola ad Eulalium : *Olim ab initio* T.V. p. 827.

IOAN-

IOANNIS Papae II. Epist. ad Valerium : *Scripta tuae sanctitatis*.

AGAPETI Papae I. Epist. ad Anthimium, sive Antemium [Cpol.] *Multo gaudio*.

SILVERII Papae Epistolae,

Ad Amatorem Episc. *O quam bona est caritas*. Praemittitur Epist. AMATORIS ad Silv. *A quibusdam*.

Ad Vigilium : *Multis te transgressoribus*.

S. PROSPERI Aquitanici contra Cassiani presbyteri librum de protectione Dei &c. liber.

VIGILII [adhuc Pseudopapae] Epistolae ad Eutherium : *Directas ad nos*.

Quae hucusque recensuimus in T. V. edit. Venetae Conciliorum Labbei fere omnia continentur ; quae sequuntur usque ad Concilium Romanum I. exstant, ut plurimum, in VI.

PELAGII Papae Epistola ad Vigilium : *Gaudeo fidei*.

IOANNIS Papae III. Epistola ad Episc. Galliae & Germaniae : *Optaveram quidem*.

BENEDICTI Papae I. Epistola ad David Episc. *Respondere*.

PELAGII Papae II. Epistola ad Ioannem Cpol. *Manifesto sicut*.

Ad Ioannem Cpol. *Manifesto sicut*.

Ad Benignum Archiep. *Lectis fraternitatis*.

Ad Episcopos Italiae : *Solicitudinem omnem*.

GREGORII Papae I. Epistolae,

Ad Leandrum [in Cod. Leonardum] : *Respondere epistolis vestris*.

Ad Leandrum Hispal. *Sanctitatis tuae*.

Ad Reccaredum Regem : *Explere verbis*. Praemissis capitulis.

Ad Secundum [in edit. Secundinum] *Dilectionis tuae*. Deficiunt capitula V. VI. & VII. & in duas Epistola dividitur.

Ad Theoctistam : *Magnas omnipotenti Deo*.

AVGVSTINI Cantuariensis Archiepiscopi ad Gregorium quaestiones & responsiones. Praeit ad eundem Augustinum Epistola, cuius init. *Desiderabilem mihi a te*. Hanc inter Gregorii Epistolas non vidimus.

DECRETA Gregorii Papae. In Cod. titulus est : *SYNODVS ROMANA sub Gregorio*. Desinunt in ea verba : *appetit servitutem*, ut in MS. Cod. Iustelli.

FELICIS Siciliae Episc. Epistola ad Gregorium Papam : *Beatissimae vestrae*. Sequitur & Gregorii responsio.

CONCILIVM *ROMANVM* I. sub Gregorio II. ut in T. VIII. Concil. p. 185.

VITALIANI I. Epist.

Ad Paulum Archiep. Cretensem : *Decimonono*.

Ad Vaanum Cubicularium : *Semper celsitudo*.

Ad Paulum Episc. *Ad cognitionem*.

Ad Georgium Episc. *Gesta sive sententiam*.

MARTINI I. Epist. Ad Amandum : *Fraternitatis tuae*.

GREGORII II. Epistolae.

Ad Bonifacium presbyterum : *Exigit manifestam*. Praemittitur indiculus Bonifacii, qui in edit. subsequitur.

Ad Episcopos : *Solicitudinem*.

Ad Clerum : *Probabilibus desideriis*.

Ad optimates Thuringorum : *Inusitatam vobis*.

Ad universum populum Thuringorum : *Dominus Iesus Christus*.

Ad universum populum Altsaxonum : *Sapientibus & insipientibus*.

Ad Bonifacium Episc. *Creditae speculationis*.

Ad eundem : *Magna nos habuit*. In edit. adscribitur Gregorio III.

GREGORII III. Epist.

Ad omnes Episcopos . *Domino cooperante*.

Ad omnes optimates : *Quoniam decessor*.

Ad Episcopos Baioariae : *Catholica Sanctorum*.

Ad Bonifacium : *Desiderabilem a te*. Eadem quae supra inter Epistolas Gregorii I.

